


HT



BENAVIDES (Adm. R. P. F. A. de)—Relatio quam Philippo IV. per modum memorialis, exhibit Rev. P. F. J. de Santander, Per Manus Ad. R. P. F. A. de Benaerdes custodis Provinerae et Couversionis Novi Mexico, 12mo, *fine clean copy.*

Salisburgi, 1634


This rare and interesting relation of Benavides contains an account of each of the Nations or Triles of Moxico. I have never seen a second copy of this work.



Dr. [illegible]

Wagner Kat, 33e

B



RELATIO

Quam

PHILIPPO IV. CATHOLICO HISPANIARUM,

&c. Regi, per modum memorialis, ſive Libelli ſupplicis exhibuit Reverendiſs. P.F. Ioannes de Santander, Ord. Fratrum Minorum, Commiſſarius Generalis Indiarum.

Per manus

Ad.m R. P. F. Alphonsi de Benavides, eiuſdem Ordinis, Cuſtodis Provinciæ & Converſionis Novi Mexico, nec non Sanctæ Inquiſitionis Commiſſarii.

In qua agitur de magnis Theſauris ſpiritualibus & temporalibus, Deo inſpirante & adjuvante, inibi detectis.


Opera
FRATRVM MINORVM, ORD. SERAPHICI P. N. S. FRANCISCI.

Impreſſa cum Approbatione, Hiſpanicè Madriti in Typographia Regia, An. 1630.

Latinè verò

Cum Facultate Superiorum.

Salisburgi, Typis Chriſtophori Katzenbergeri, Typographi Aulici & Academici. Anno M. D C. XXXIV.



ILLUSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO Domino, Domino

PARIDI,

ARCHIEPISCOPO SALISBURGENSI, APOSTOLICÆ SEDIS LEGATO,

S. R. I. PRINCIPI, &c.

Domino meo Clementissimo.

DIu anceps hæsi, *Illustrissime ac Reverendissime Princeps*, an hos pauculos quaterniones auderem *Illustrissimæ ac Reverendissimæ Vestræ Celsitudini*, in aliquale devotissimi mei ergà *Ipsam* animi signum, offerre: Videbatur enim munus tanto Principe

indignum, quia *exiguum*; & aliunde infi-
nitis meis ergà *Illam* obligationibus nul
latenus respondens (minùs satisfaciens
quia pro majori parte, *non meum* Prioren
verò scrupulum nuperrimè mihi abstuli
ipsamet *Illustrissima & Reverendissima Vestr.*
Celsitudo, dum dixit, ad aliud propositum
munus quantumcunque parvum, à sin
cero animo proficiscens, non posse noi
esse gratum. A tali hoc prodire, novit qu
scrutatur renes & corda. Altero verò
scrupulo meipsum liberabo: quid enim
meum aliquando offerre potero, qui præ
ter peccata & miserias nihil habeo? Sec
quid si & *magnum*, & *meum*, dicere li
ceat id quod offero? Imò quia licebit.
Meum, quia saltem superficies, quali
qualis, mea est; quod verò sub illa recon
ditur, *Fratrum meorum*: si itaque *amicorum*
omnia sunt communia, multò magis Fratrũ
Meum igitur est, quod offero. *Magnum*
quis dubitet? teste enim sanctissimo Pa-
tre nostro Francisco, *tanti res qualibet æsti-*
manda est, quanti illam æstimat Deus. Quiç

verò

verò Deus majoris facit ſalute anima-rum, pro quibus pretioſiſſimum ſuum ſanguinem non dubitavit effundere? Audebo ergò aſſerere, æſtimabilius apud Deum eſſe, quod in parvo hoc libello (quantumcunque rudi aut humili ſtylo) refertur, quàm quod magnis ſæpè voluminibus, multiplici ac phalerato ſermone, ad implenda folia, conglomeratur. Si placet mecum ſentire, omnem præſumptionis, ſive temeritatis notam evaſero, celeberrimæ, ac celebrandæ, hujus *converſionis* narrationem *Illuſtriſſimæ & Reverendiſſimæ Celſitudini Veſtræ* dedicando. Neque alteri Ordinis noſtri ſacerrimi Patrono, munus hoc (admiſſo quod *magnum* ſit) juſtiori titulo deberi arbitror: *Magnum enim magna decent.* Talis es, *Illuſtriſſime ac Reverendiſſime Princeps*, in oculis meis, omniumque ſervorum tuorum *Fratrum Minorum*, dono *Dei & Tuâ Virtute.* Non poterit tamen Magnitudine Tuâ affectus mei menſura impleri, donec remuneratione condignâ, tot beneficiis in

nos pauperculos collatis, illam aliquando in retributione justorum à Deo impletam videat.

Illustriss. ac Reverend. Celsitudinis Vestræ

Humillimus in Christo Servulus

Fr. JOANNES DE CRANENDONCK,
Frater Minor indignus.

PRÆ-

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Neceſſariò præmittenda, pro intelligentia aliquorum in ſubjunctâ Narratione contentorum.

AUDIVI, Benigne Lector, *graves Seraphici noſtri Ordinis Patres, alioſq; Viros præclaros, ſæpe improbantes, eorum quæ in Eccleſia Catholica, pro ejuſdem dilatatione, ad Dei gloriam*, per Filios S. Franciſci, Fratres Minores *in utroq; Hæmiſphærio fiunt, tam parvam haberi notitiam; & quod, qui plerumq; in converſionibus infidelium (nominatim Indicis) fuerunt, ſi non ſoli, ſaltem primi, innotuerint ultimi. Hoc ipſum mihi Romæ, anno 1627. à quodam magni nominis Prælato, qui ad* ſacram Congregationem de propaganda fide *pertinebat, in terminis fuit objectum. Idem ferè contigiſſet de contentis in ſubjuncta narratione, niſi anno 1631. in* Belgio *exiſtens, caſu in illam, Hiſpanicè conſcriptam, incidiſſem, occaſione colloquij, quod in Conventu noſtro* Bruxellenſi *habebam cum* R.mo Patre F. Petro à Caſtro

(Sereniſſimæ Infantis Iſabellæ Claræ Eugeniæ, *glorioſiſſimæ memoriæ, tunc temporis digniſſimo Confeſſario) circa perſonam* Venerabilis Matris Ludovicæ de Aſcenſione *ſive* de Carrion, *Ordinis* S. Claræ *Religioſæ, cujus etiam aliquot annis Confeſſarius fuit. Poſtquam enim eandem Narrationem ſive Relationem perlegi, memor Decreti, quod à prætacta* ſacra Congregatione de propaganda fide, *dicto anno 1627. ſcripto emanarat (quo mandabatur* Commiſſario Generali *Ordinis noſtri ſuper Provincias Germanicas, Belgicas, aliaſq; annexas, ut ſicut alij Religioſi Ordines faciunt, & ipſe deinceps curaret, ſucceſſivis temporibus, de ijs quæ in materia* propagandæ fidei *per noſtros Fratres fiunt, ſacram Congregationem certiorari) rogavi prænominatum* R.mum P. Petrum à Caſtro, *permitteret, Relationẽ illam ex Hiſpanica in alias Linguas, pro gloria Dei & Eccleſiæ, transferri; quod & fecit. Igitur Originalis illa Hiſpanica Relatio, edita Madriti in Typographiâ Regiâ (ac conſequenter præ habito conſenſu* Sanctæ Inquiſitionis:) *anno 1630, Belgico Idiomate ſtatim tranſlata fuit,*

&

is impressa Antwerpiæ cum Approbatione Censoris Librorum, data 3. Martij, 1631. Germanicè verò, non adeò diu post translationem Belgicam, reddita, per R. Patrem F. Adolphum Ardolphum, *hujus nostræ* Alemaniæ, sive Argentinensis Provinciæ *Custodem, qui anno 1632. die 8. Januarij, ab impio milite Sueco, antea Caupone Wirtenbergico, crudeliter in Wirtenbergia fuit occisus. Hujus verò translationis Germanicæ exemplar diu postea quæsitum, reperiri non potuit; sicq; contigit, tam celebris conversionis notitiam seriùs in* Germaniam *penetrare.*

Habeto igitur modò, Benigne Lector, *in paucis & parvis quaternionibus, multa & magna* Dei *prodigia, quæ per humilia mundoq; abjecta instrumenta,* Fratres scilicet Minores, *inter Barbaras & infideles Nationes, paucis ab hinc annis, & præcipuè anno 1629. operari dignatus fuit* Omnipotens: *prout fidem faciet subjuncta Narratio; vel potiùs Relationis, moderno Hispaniarum Regi antehac exhibitæ, Belgicèq; redditæ, quasi ad verbum (quantum phrasis patitur) ac proindè coacto, ac tetrico stylo, facta Translatio. Quia verò in aliquibus ejus locis,*

nominatim § De Miraculosa Conversione Nationis Xumanę; *mentio fit supranominatæ Venerabilis* Matris Ludovicæ de Carrion, *quodq; ejus effigies, quam Patres habent, non sit quoad faciem similis effigiata, prout Indis illis passim apparet; informandus breviter est Lector, & de personæ qualitate, & de illius dissimilitudinis causa.*

Sciendum itaq;, in quodam Monasterio Ordinis S. Claræ, *sitō juxta civitatem* Carrion *in* Hispania, Regnoque Castellæ, *reperiri quandam pijssimæ, (ne dicam sanctæ) vitæ Religiosam, quæ Soror* Ludovica de Ascensione *nuncupatur; Hispani verò, ob ejus reverentiam pietatis, & etiam quia illius Monasterij aliquando Abbatissa fuit,* La Madre Luisa de Carrion, *imò & propter speratam ejus coram Deo sanctitatem,* La santa Monja, *id est, sanctam Monialem, eam appellant. Hæc in præsentiarum ætatis 71. annorum, à triginta, plus minus, annis, absq; ullo cibo humano, solo* pane Angelorum, *quem indies sumit, sustentatur: singulisq; diebus, statim sumptâ* sacrâ Synaxi, *in exstasim rapitur; qua durante, omnibus eam*

aspi-

aspicientibus, multò junior ac formosior esse videtur. Inter cætera autem dona gratuita, hoc à Deo *jamdudum habet, ut visibili specie in locis remotissimis appareat, tam communi Ecclesiæ, & animarum bono, quàm particularium personarum solatio, suâ præsentiâ consulens: quod variâ experientiâ, testimonijs fide dignissimis firmatâ, probatum extitit: unde vix ullus dubitationi locus, quin hæc sit illa mulier, quæ infidelibus illis, de quibus præsens Historia contexitur, Evangelium prædicat, & ad inquirendos Ordinis nostri sacerrimi Religiosos, pro suscipiendo* sacro Baptismate, *adhortatur.*

Ratio verò dissimilitudinis inter personam Indis apparentem, & ipsius Effigiem, quam Patres nostri circumferunt, hæc est: quod Effigies juxta naturalem ipsius constitutionem, & ætatem, qua inter sorores suas versatur, depicta sit: Indis autem sicut in Extasi, supernaturali Dei beneficio existit, appareat. Cum verò adhuc in viâ ad patriam, malignorum Spirituum (qui ut latrunculi iter piorum obsident) insidijs sit exposita, oret devotus Lector, ut, quæ Deo *grata modò esse speratur, gratior fiat perseverando in*

omni

omni bono usq; in finem. *Oret insuper pro* Augustissimâ Domo Austriacâ, *quæ sibi parem in Ecclesiâ, pro ejusdem defensione, ac dilatatione, habere non videtur.* *Oret pro* Potentissimo Hispaniarum Rege, Philippo IV. *tam nobili illius Familiæ membro; ut nomen* Catholici, *quod gerit, factis (prout benè cœpit) semper exprimat, ne ignominiosum illi fiat.* *Oret demum pro pauperculâ* Fratrum Minorum *Familiâ, ut* Deo *fidelis, promissa servando,* Seraphici sui Patris Francisci *vestigijs insistens, proximi Charitate fervens, periculis & laboribus contemptis,* Catholicæ Romanæ fidei *propagationi, animarumq; Christi sanguine redemptarum Saluti promovendæ, indesinenter insudet.* *Vale.*

UT ad gloriam Dei, utilitatem & ædificationem fidelium, hæc Relatio prælo mandetur, concedo. 17. Augusti, 1634.

Fr. Wolffgangus Högner,
Minister Provincialis.

Memo-

MEMORIALE SIVE LIBELLUS SUPPLEX

R.^mi P. F. IOANNIS DE SANTANDER,

Comissarij Generalis Indiarum.

DOMINE.

EGO F. *Ioannes de Santander*, Ord. S. FRANCISCI *Commissarius Generalis Indiarum:* Dico. Quod ex relatione mihi facta per P. *Alphonsum de Benavides Custodem Conversionis* NOVI MEXICO, præterito Ann. 1626. die 20. Iunii, MAIESTATEM VESTRAM informaverim, de magno incremento illius Conversionis, & defectu Religiosorum ad illam ulteri-

ulteriùs promovendam; quæ consueto suo (tam Catholicum Regem decente) zelo *scedulam regiam* sive Mandatum expediri præcepit, tenoris sequentis.

* Marchioni de *Cerralvo cognato, Proregi, Gubernatori & Capitaneo Generali Provinciarum novæ Hispaniæ,* seu Personæ aut Personis penes quas erit illarum Gubernium. *F. Ioannes de Santandér,* Commissarius Generalis Indiarum, Nobis retulit, qualiter ab annis triginta, sui Ordinis Religiosi initium dederunt *Conversioni novi Mexico;* quodque ibidem absque ullo animarum fructu manserint per annos 12. eo tamen non obstante Provincia eiusdem Ordinis, *de Sancto Evangelio* dicta, semper

sol-

ollicita fuit, Commiſſarium & Religioſos illuc deſtinare.

Item quod ab hinc annis quinque, in Capitulo dictæ Provinciæ *S. Evangelii* MISSIO illa in NOVO MEXICO, erecta ſit in Cuſtodiam, eiuſque Cuſtos inſtitutus prænominatus *F. Alphonſus de Benavides* religioſus bonæ vitæ, & exemplaris, cui per Te expeditio ſive conceſſio data eſt, ut ſecum alios viginti ſex, ſui Ordinis dictæ *Converſionis* cooperatores, ſumeret; quod & fecit; horum verò in præſentiarum non niſi ſexdecim Sacerdotes, & tres Laicos (cæteris morte ſublatis) ſupereſſe. Cum verò diſtrictus illius *Cuſtodiæ* ſe ad centum & ampliùs Leucas extendat, viæ ſint

aſpe-

aſperæ & montoſæ, populu
Indicus ibidem ſatis numeroſus
ac proinde per tam paucos ad
miniſtrationi illi non poſſit ſa
tisfieri; rogavit, velimus tibi, tu
iſq; aſſiſtentibus mandare, qua-
tenus alios triginta Sacerdotes
& aliquos Laicos Fratres, ad di-
ctam *Cuſtodiam* mitti curetis; &
quod procedente feliciter illa
converſione, de omnibus neceſ-
ſariis illis per vos provideatur.
Hanc itaque petitionem in *Con*
ſilio noſtro Regio Indiarum maturè di-
ſcuſſam, juſtam judicantes, Tibi
præcipimus, ut ad dictam Cu-
ſtodiam *novi Mexico*, pro illorum
Indorum Converſione & ſuffi-
cienti inſtructione, alios triginta
Religioſos mitti, ac deinceps de
neceſ-

necessarijs ipsis provideri cures. Hæc enim est nostra voluntas. *Madrid*.15.Novemb.1627. Itaque juxta hoc mandatum discesserunt eò ex Provinciâ *S. Evangelij de Mexico* anno 1629. triginta boni exempli Religiosi, cum dispositione ut supra.

Quorum triginta Religiosorum prædicatione & exercitijs, tot mirabilia, & miracula, DEUS operari dignatus est, totque divitiarum spiritualium & temporalium thesauros per eos detegi permisit, quod visum fuerit PROREGI NOVÆ HISPANIÆ, & *Commissario Generali* illarum partiũ, præfatum Patrem *Alphonsum de Benavides* (penes quem directio dictæ *conversionis* his præteritis añis fuit)

 per-

personaliter mittere, ut ejus in formatione, eximij, & abundantes fructus zeli MAIESTATIS VESTRÆ, quo vineæ Domini in illis partibus de talibus operarijs sollicitè providit, EI manifesti fiãt & adhuc in vita præsenti existẽs, incipiat frui infinita mercede, quæ intuitu tam sancti operis, in futura *Ipsam* manet: nam preter inæstimabilem thesaurum *quingentarum millium personarum* ad sanctam nostram Catholicã Fidem conversarum, VESTRÆQUE MAIESTATI subditarum (quarum ex nunc ultra octoginta mille baptizatæ sunt) DEUS etiam per detectionem ditissimorum mineralium, sive auri & argenti fodinarum, EIDEM etiam temporaliter

r benedicit. Quandoquidem gitur præfatus Pater (emensis riùs hoc año 1630. bis mille sexentis & ampliùs, periculosissimi ac difficillimi itineris, milliabus) nullo alio fine ad *Regiam vestram Aulam* destinatur, sitque ersona omni fide & favore dina: Hinc rogo humiliter, *Vestra Majestas* dignetur tam illis quæ erbo, quàm quæ relatione scripta exponet, diligenter ac beninè attendere; utpote Cui meritorũ conversionis tot animarum per pauperculos Fratres sacri Ordinis nostri (Deo principaliter operante) in remotissimis illis partibus factæ, præcipua ars competit.

Fr. Joannes de Santandér Commissarius Generalis Indiarum.

RELATIO PATRIS
ALPHONSI DE BE-
NAVIDES.

DOMINE.

EGo *Fr. Alphonsus de Benavides Ordinis Fratrum Minorum, Custo Conversionis & Custodiæ novi Mexici* Dico. Ea, quæ facta sunt in Regno illo, vel potiùs *Novo mundo*, per *Fratres Minores* ad Deum (gratia sua mediante) converso & VESTRÆ MAIESTATI subjugato (nulli enim hactenus aliorum Ordinum Religiosi, aut alij Ecclesiastici Viri, eò penetrârunt) tot esse & talia, quod illa una vice, aut compendiosè referre, omninò non possem; sub auspi-

cijs

ijs enim VESTRÆ MAIESTATIS
jusq́ue protectione, & munifi-
entia (Deo utiq́ue per noſtros
fratrés operante, ipſorumq́ue
acta miraculis plurimis appro-
bante) infinitos illis in partibus
heſauros, & ſpirituales & tem-
porales invenimus; unde *Proregi*
Mexicano, meęq́ue ſacræ Religio-
ni viſum fuit, mihi hanc Provin-
ciam committere, ut MAIESTA-
TEM VESTRAM perſonaliter acce-
derem, tanquam qui converſio-
ni illi multis añis præfectus, exa-
ctam omnium *Ipſi* informatio-
nem dare potero, & ſi in relatio-
ne ſcripta aliquid brevitatis ergò
omiſſum foret, verbo ſupplere,
horis quibus mihi VESTRA MA-
IESTAS benignã dignabitur con-

 cedere

cedere audientiam. Habebo autem pro magna parte remunerationis laborum & periculorũ tam vasti itineris (quod Deo propitio ad suam gloriam fælici-ter peregi) si saltem ea, quæ illic contigerunt ad notitiam V. MAIESTATIS devenerint, *Ipsiq;* innotescant merita & suffragia quibus participat in novo illo suo Regno, hinc ad minus bis mille sexcentis milliaribus distãte, quæ præsenti anno 1630. non absq; immensis laboribus summisque periculis peragravi. Omnium verò molestiarum oblitus, præ consolatione, quam ad pedes V. Ma.tis haurio, Narrationem aggredior.

Natio-

Nationes, quæ habitant in intinere versus Novum Mexico.

Regnum *novi Mexico* situm est 400. milliaribus ultra civiatem *Mexico* versus Septentrioiem, ad altitudinem 37 gradum; licet verò incolæ habeant in lo loco suas habitationes, ditrictus tamẽ eorum incipit 200 nilliaribus à dicta Civitate *Meico*, videlicet *in valle S. Barbaræ* bi est ultimum oppidum *Novæ Hispaniæ* ab illa parte: divisio autem duorum Regnorum fit per lumen *Conchos*, ita dictum â Naione *Concha* ibidem vicina: ab oc flumine usque ad *fluvium Septentrionalem* sunt centum Leuę itineris, quod summis periculis conficitur propter inhabi-

tantes Nationes, ſcilicet, *Toboſos, Tarahumares, Tepeones, Tomites, Sumas, Planos*, & alias, omnes valde crudeles, barbaras & indomitas; incedunt nudi omninò, domib. carent, terram non colunt, vivunt ex venatione omnis generis animalium, etiam immundorum; manſiones ſuas mutant ab uno monte vel rupe in aliam: Leviſſima de cauſa ſuſcitant bella inteſtina, occiduntque invicem inſtar beſtiarũ. Arma ipſorum ſunt Arcus & Sagittæ, communia omnib⁹ illis nationibus. Quando illac trãſimus cum parvo comitatu, aggrediuntur nos, inferuntque mala quæ poſſunt: proindè non minùs quàm duodecim Equitibus benè armatis tran-

ranſire poſſumus, & quidem dhuc cum cautela; hinc, in noctis crepuſculo conſtruimus ignes in aliquo loco, ut putent nos bi velle pernoctare, & tranſimus beneficio noctis quám poſſumus longiſſime: ſi verò de die vident nos frequentiori comitatu ſtipatos tranſire, tunc noctu nſidiantur nobis: ita quod à empore detecti *Novi Mexico* nūquam abſque aliquo conflictu hæc centum milliaria tranſiri potuerint; Deo tamen propitio ſemper Hiſpani ſuperiores evaſere. Omnem adhibuimus conatum ad pacificandas & convertendas has nationes, tam pro animarum ſuarum ſalute, quàm viarum ſecuritate procuranda,
 adeò

adeò tamen ſunt ſylveſtres, quòd nullum alloquium admittant: Deus tempus ſuæ converſionis promovere dignetur.

NATIO MANSOS DICTA, *ad ripam fluminis ſeptentrionalis.*

TRanſitis his 100 Leucis, venitur ad famoſum *Septentrionale flumen*, ſic dictum, quia à ſeptentrione profluit: hujus fluminis ripa ad longitudinem centũ Leucarum, antequam ad *Novum Mexico* pertingitur, inhabitatur à Natione quam nos communiter MANSOS vel GORRETAS vocamus, quia taliter crines in capite componunt, ut parvo almutio (hiſpanicè *gorreta:*) tegi videatur:

Man-

Mansos verò ex eo dicimus, quod
ndi illi experti, si hostiliter nos
ggrediantur, canes nostros ip-
os invadere & mordere, si verò
pacifici aut mansueti (hispanicè
mansos) accedant canes nostros à
nobis cohiberi, dicendo *Salay*;
psi nos accedentes, præveniunt
clamãdo *Salay, Salay, mansos, man-
sos*, hinc Vulgariter *Mansos* vocan-
tur. Populus hic similiter domi-
bus caret, sed tuguriola ex ramis
confecta inhabitat, terram non
colunt, viri nudi incedunt, mu-
lieres antè & retrò à cingulo de-
orsum duabus pellibus cervinis
se tegunt. Si putant se nobis
posse prævalere, inferunt quic-
quid possunt mali; sin autem, pa-
cificè nos accedunt, ut cibos à
nobis

nobis recipiãt. Inter paucas perſonas integram vaccã, crudam, cum inteſtinis, imò & excremẽtis devorant, inſtar canũ dentib. diſcerpentes, vel cultris lapideis dividentes, ac immanſos diglutientes. Obvii facti nos ſubinde ad ſua tuguria deducunt, ut uxoribus & liberis ipſorum etiã cibum demus, nos reciprocè ſuis cibis tractantes, qui ſunt piſces & mures. Sunt homines pulchræ ſtaturæ & fortes. Sæpiùs illis prædicavimus, ſed fruſtra: in ultimo verò meo tranſitu mihi dixerunt, ſe optare ut religioſi ipſis mittantur, qui ipſos inſtruant, & baptizent: quod operæ pretium erit; præcipuè quidem pro ſalute animarum, pro quibus

bus æque ac noſtris, Salvator
noſter pretioſiſſimum ſuum
ſanguinem effudit: acceſſoriè
verò, ut per hoc tranſitus 200.
illarum Leucarum ſecurus red-
datur, & circumcirca adjacen-
tium nationum converſioni
principium detur. Hoc autem
facilè fiet, mittendo eò 4. aut 5.
Religioſos cum 15. aut 20. militi-
bus pro illorum ſecuritate; per
quod ceſſabit neceſſitas adjun-
gendi alium comitatum mili-
tum, ſive *Convoy* iis qui (vel Re-
ligioſi, vel alii) ad *Novum Mexico*
ſucceſſivis temporibus mitten-
di ſunt, prout hactenus immen-
ſis V. Ma.tis impenſis factum eſt.
Hoc etiam medio & ſecuritate,
inhabitari poterunt plurima lo-
ca

ca, ubi ditiſſimæ mineralium diverſi generis fodinæ; & coli fertiliſſimi agri qui in illo tractu reperiuntur; ac conſequenter ſingulis annis illud iter frequentari; ubi modo defectu ſecuritatis, ſpatio quinque vel ſex annorum in *Novo Mexico* nihil de *Natione Hiſpanica* poſſumus intelligere, donec conſuetum ſubſidium pro Religioſis & Eccleſiis de Mandato V. Ma.tis eò advehitur: quod quidem juxta *Eius* decretum ſingulis trienniis punctualiter fieri deberet, prætereunt tamen quinque vel ſex añi abſque eo, quod officiales Regii de nobis vix cogitent; quanti autem talis expeditionis ſollicitatio conſtet, Deo notum eſt.

Natio

Natio hæc *Manſos*, optime ad
converſionē eſt diſpoſita; quo-
ies ipſis de DEO loquimur, a-
idiſſimè & cum applauſu au-
cultant; quod niſi baptizentur,
nfernalibus flam̄is tradēdi ſint,
lurimum apprehendunt: ſeque
nultum dolere teſtantur, non
ſſe ſibi, ſicut aliis Nationibus,
roviſum de Religioſis qui illos
ſtruant. Omittere non poſ-
um quin referam V. Ma.ti quid
ihi acciderit. In una habita-
one illorum *Manſos*, erexi *Cru-
m*, altitudine unius lanceæ, di-
ensipſis, hoc eſſe ſignum no-
ri DEI; quod nos Chriſtiani
ud ubique in noſtris Vrbibus
domibus habemus, quodq́;
EVS ad illud ſignum devotè
invo-

invocatus nobis in omni infir-
mitate, miſeria, & neceſſitate
ſuccurrat; quod propterea ma-
gnam in illo ſigno fiduciam po-
nerent, in ſuis infirmitatibus de-
vote adorarent & attingerent, ſ
id firma fide facerent, ſanitatem
recepturos. Mirum, quam
multi illorum ſtatim acceſſe-
runt, genuflexi ſanctā Crucem
tangentes & oſculantes, prout
me priùs facientem viderant: in-
ter cæteros adverti mulierem u-
nam dentium dolore laborantē,
magno affectu, ore hiante, den-
tes ſuos S. Crvci admoventem:
aliam partui proximam, uterum
ſuum S. Crvci applicantem: nō
habebam tunc interpretem ad
manum, per quem mihi ſucceſ-
ſus

us rei innotescerct, *Deum* tamen, i sancti verbi sui confirmatio- em, miracula operatū esse, ple- è confido Non est quidem no- rûm nosse tempora vel mo ienta, quæ Deus posuit in sua otestate, Ipse enim novit, quan- o fælix hæc dies illi Nationi il- ucescet, magnam nihilominus ihi affert consolationē, quod nunc adeò benè ad suscipien- im salvificā fidem sit disposita.

Initium Nationis APACHE.

PRogrediendo itaque versus Septentrionem, triginta mil- ribus à Natione *Mansos*, occur- præclara Natio APACHE, quæ hac parte vocatur Hispanicè *pache del Perillo*, eò quod per ali- tem, forsan ita nominatum, il-

lic detectus est aquæ rivus, vald
utilis & necessarius, antea enin
aquæ defectu, difficillimum i
lâc, multis milliaribus iter era
& sic remansit illi Provinciæ no
men *Apache del Perillo*. Hujus Pro
vinciæ ampliorē inferiùs facian
mentionem, est enim maxima
& quamvis incolę sint bellicos
quia tamē humaniores sunt pr
teritis Nationibus, minori pen
culo per illam transitur, donc
denuo ad fluminis Septentrio
nalis ripam pertingitur, ubi inc
piunt mansiones *Novi Mexico*, o
dine sequenti.

Provincia & Natio PIROS, SENEC
SOCORRO, SEVILLETA, *&c.*

AB hac itaque ripâ dicti flum
nis Septentrionalis incipiun

primæ

rimæ manſiones Provinciæ ſi-
e Nationis Piros; multa ſunt
nibi oppida, quorum domus ex
uere nō cocto conſtructę ſunt,
abentes unam aut alterā conti-
natione, cum porticubus ver-
us plateam: incedūt incolæ ve-
iti, Reſpublica regitur à Capi-
neis: ſunt inſignes agricolæ:
opioſa illic venatio, cervorum,
porum, cuniculorum: fluvij
rio piſcium genere abundan-
s: terra fertiliſſima.

Hæc Provincia, licet prima il-
us Regni, fuit tamen inter ulti-
as converſa. Placuit tandem
eo, ejus habitatores anno 1626.
ræ fidei luce illuminare, meq;
nquā inſtrumento illius Con-
rſionis uti: cujus efficaci coo-

perante gratiâ contigit, quo
primo anno omnes baptiſmun
ſuſceperint, & etiamnũ ferven
tes in Catholicâ fide perſeveran
prçcipuum illius Provinciæ Op
pidum conſecravi in honoren
B. Virginis Auxiliatricis, Hiſpanic
del Socorro, tres in eâdem Conven
tus, unà cum Eccleſijs erexi; Pr
mum, in oppido *Senecú*, in hono
rem *S. Antonij de Padua*: Secund
in oppido *Pilabo*, *B. Virgini Auxilia*
trici ſacrum: Tertium in *Sevillet*
S. Ludovico Ordinis noſtri Epiſco
po dedicatum.

Non abs re erit MAIESTAT
VESTRÆ breviter inſinuare in
tium, quod habuit hic locus S
villeta. Erat per præterita bel
ab alijs Nationibus devaſtatu
in-

ncendioque planè absumptus, ncolę vagabantur in montibus & rupibus: his denuò, meâ operâ eò collectis, alijsque aliunde advocatis, locum restauravi, estque hodie ex melioribus; quæ MAIESTAS V. illis in partibus habet, nostri verò nomen illi *Sevilleta* imposuerunt. Quilibet horum Conventuum plura oppida circumjacentia sibi comissa habet, quorum habitatoribus fratres nostri zelosè ac sollicitè invigilant, & ministrant. Quæ mihi in illius Provinciæ conversione acciderũt, frigus, aliasque miserias, quas passus sum, labores quos subivi, brevitatis caussâ prætereo, *Deo* omnia committens, in cujus honorem, animarumque salutem facta sunt.

Auri & argentifodinæ apud B. Virginem Auxiliatricem.

PRovincia illa *fodinis auri & argenti, alijsq; pretiosissimis mineralibus*, abundat, præcipuè *in colle Auxiliatricis*, qui locus est principalis Provincię *Piros*: verguntque à Septentrione versus meridiem, ad tractum plusquam 50. milliarium. Pro tanta benedictione temporali, *Deo*, humiles Servi & Oratores V. MAIESTATIS, sæpè immensas egimus gratias, quod Ei Ecclesijs, & Conventibus fabricādis, infinitisque alijs rebus, necessarias expēsas & media subministret. Nos operâ viri cujusdam in simili materiâ versatissimi, thesauros hos (quibus In orbe vix majores esse putem) *Deo*

præ-

ræcipuè juvante deteximus: il-
orum tamen fruitione, defectu
erſonarum illis eruendis neceſ-
ariarum, MAIESTAS V. hactenus
ruſtratur. Majori facilitate, mi-
oribuſque expenſis erui pote-
unt mineralia ex his fodinis,
uam ex quibuſcunque alijs u-
iverſarum Indiarum, eò quod
am materialia labori, quam ſuſ-
entatio laboratoribus neceſſa-
ia, illic ad manum ſint, quæ ali-
i (immò & ipſa aqua) longè pe-
enda, quibus major pars the-
aurorum hauriendorum, inſu-
itur. Poſſet quidē timeri, quod
ndi illi, recens converſi, vel con-
ertendi, advenientibus pluri-
us hominibus illis laboribus
eputandis, terrebūtur, ſuaſque

habitationes deserentes, præ ti-
more aliò se conferent: sum ni-
hilominus hujus sententiæ, si
hujus operis directio commit-
tatur personis discretis, quæ in-
colas benè tractent, ipsis conde-
scendant, segniùs laborantes nõ
nimis urgeant, (saltem in princi-
pio) debitamq; laboribus mer-
cedem exactè persolvant, quod
non solùm non abigentur, quin
potiùs allicientur ad tractandũ
& cõmunicandum nobiscum,
immò videntes se benè haberi,
& bonum stipendium sibi per-
solvi, ultrò ad laborandum se of-
ferrent, & sic familiaritatem no-
biscũ contrahentes, faciliùs pos-
sent in subjectionẽ M.tis V. redigi.
Curavi diversorum colorũ me-
talla,

talla, ad bonam ſatis quantitatem, extrahi ex dictis fodinis, pręfectiſque fodinarum in *Nova Hiſpania* offerri, qui reperientes tam eſſe pręſtantia, quòd alia Indiarum mineralia valore longè ſuperēt, petitâ & obtentâ à Prorege (ſervitium & profectum V. M^tis^ zelante) licentiâ, ſe ad iter verſus *Novum Mexico*, cum numero operariorum, accingunt. Provincia hæc *Piros* aſcendendo juxta flumen Septentrionale, à loco *S. Antonij de Senecú*, uſque ad *S. Ludovicum de Sevilleta*, in ſpatio 15. milliarium, habet 14. oppida ab utraque fluminis ripâ, & in ijs ſex mille habitantes, omnes baptizatos, ac tres Convent⁹, ut ſuprà dictum eſt; quorum Religioſi

incolas non solùm in rebus fidei instruunt, sed & eos docent in scholis, legere, scribere, cantare, aliasque artes vitæ politicæ necessarias.

Natio Toas.

Ulterius ascendendo, juxta dictum flumen, incipit Natio Toas, quæ in 15. aut 16. oppidis in spatio 12. vel 13. milliarium consistit; habentque moratorum septẽ millia plùs minùs, qui omnes sacro baptismatis fonte sunt abluti; in illis duo sunt conventus, videlicet *S. Antonij de Sandia*, & *S. Antonij de la Isleta*, & scholæ in singulis, ubi similes artes liberales docentur. Ecclesiæ illorum conventuũ sunt valde pulchræ & curiosæ, ex industria Religio-

ligioſorum, qui eas conſtrui curárunt; habentq́ue præterea ſinguli pagi ſingulas Eccleſias, valdè pulchrè diſpoſitas.

Natio QUERES.

QUatuor milliaribus ulteriùs, occurrit Natio QUERES, quę ultrà decem milliaria ſe extendit, conſiſtitq́ue in ſeptem oppidis (quorum primũ *S. Philppi* nomen accepit) in quibus moratores, (omnes baptizati) circiter quatuor mille, & tres conventus cum pulcherrimis Eccleſijs: habentur nihilominus, in locis ubi conventus ſunt, uti & in ſingulis oppidis, Templa ſpecialia pro uſu populi. Hi Indi ſunt valdè exercitati in legendo, ſcribendo, inſtrumentiſq́; muſicis pulſandis,

opi-

opificijsq; varijs, instructi à Religiosis, qui illos converterunt ad fidem, estque terra ibidem valdè fertilis omnis generis frugum.

Natio TOMPIRAS.

DEclinando à flumine Septentrionali versus orientem, decem milliaribus à Natione præcedenti, inchoatur Natio *Tompiras*, habens in tractu milliarium 15. aut circiter, oppida 14. aut 15. Templis pulcherrimis instructa, (quorum quod primò occurrit *Chilili* nomen accepit) habitatores verò ultra decem mille; horum major pars ex nunc sunt baptizati, reliqui (conversi quidē) catechizantur, artibusque, ut supra, imbuūtur à nostris Religiosis; quorum sunt ibidē sex conventus

ventus perinſignes, cum Templis & ſcholis optimè conſtructis: terra quidem propter intenſum frigus, & aquarum penuriã, nõ valdè frugifera, ſed *Salinis* prę-ſtantiſſimis dives. Operæ pretiũ erit hîc referre lepidam hiſtoriã, quę accidit, dum converſionem magni oppidi *Xumanas* (quod *S. Iſidoro* Archiepiſcopo Hiſpalenſi dedicavi) inchoarem. Contigit igitur quod quidam magus, prędicatione *Verbi Dei* convictũ populum, Chriſtianam fidem aſſumere velle advertens, valde ſuper hoc commotus, alta voce exclamaret: Vos *Hiſpani* & *Chriſtiani*, ſicut ſtulti eſtis, vultis etiam nos ſtultos facere. Et dum rogárem, in quo eſſemus ſtulti? reſpondit:

in eo quod per publicas plateas vos flagellis cæditis, ſanguinemque veſtrum effunditis (viderat enim aliquibus in locis diſciplinantium Proceſſiones in hebdomada ſancta) & ad ſimilem inſaniam etiam hunc populum vultis adigere; his dictis tanquam in furiã actus, aufugit, clamans continuò ſe nolle ita ſtultũ fieri: quod factum omnibus riſum movit.

Natio TANOS.

REvertendo denuò Septentrionem versùs, peragratis alijs decem milliaribus, devenitur ad primum & præcipuum oppidum Nationis TANOS, quæ ſe ad decem milliaria protendit, habens quinque oppida, 4000. habi-

habitantes baptizatos, & unum conventũ cum Templo ſpecioſiſſimo, habentque ſingula oppida proprias Eccleſias, ad quas Fratres ſacra celebraturi accedunt; adſunt etiam ſcholæ, ubi docent, ut ſupra.

Natio Peccos.

AD alia quatuor milliaria verſus Septentrionalem plagã, occurrit oppidum Peccos, ultra bis mille habens moratores; eſt in eo conventus Fratrum, Templumque pulcherrimum, ac ſingularis formæ; & quamvis hi Indi pertineant ad Nationem *Hemes*, de quâ infrà, ſintque cum illâ ejuſdem linguæ, quia tamen ab hac ſatis remotè habitãt, pro ſpeciali habentur Natione. Eſt

Regio

Regio præ nimio frigore parum fertilis, producit tamen *Maiz*, quod nos *frumentum Turcicum* appellamus (Hispani verò *Trigo de Indias*, vocant) ad sufficientiam. Sunt homines modò in artibus suprà specificatis, versatissimi.

Civitas Santa Fe, *id est, Sanctæ fidei, dicta.*

A Supradicto oppido, Occidentem versus, ad septem milliaria, sita est civitas Santa Fe, capitalis hujus Regni, in qua resìdet Gubernator, cum 250. Hispanis militibus: defectu tamen armorum, soli quinquaginta sunt bello instructi; & quamvis adeò sint pauci, *Deo* tamen ita disponente semper contra Indos victo-

ictoria potiuntur ; adeò enim
errentur ipſorum ſolo nomine,
x ſclopetorum ictibus , quod
udientes *unum ſolum Hiſpanum* ad
uum oppidũ accedere , omnes
ufugiant : in quo timore ut te-
eantur, valdè rigidè proceditur
um illis, qui rebelles ſe exhibẽt,
iſi enim hoc fieret, jam dudum
aucos illos Hiſpanos interemiſ-
ent, ſcientes eis non niſi ex *nova*
Hiſpania, unde adeò ſunt remoti,
ubſidium mitti poſſe. Sunt ve-
ò omnes milites veterani , hu-
niliter , & cum bono exemplo
nter Indos agentes. Hi non ſuſ-
entantur ex *Camera* ſive *Financijs*
V. M^tis^ ſed ponit illos Guberna-
or oppidorum Præfectos ſive
Capitaneos, & à ſingulis familijs

 re-

recipiunt, loco Salarij annui, unam ulnam telæ ex goſſipio textæ, & unum modium *Maiz*, ſive frumenti, his miſelli ſe debent alere. Habentur inſuper alij ſeptingenti viri, *Indi Chriſtiani*, in Servitio civitatis, qui (licet nullum recipiant ſtipendium) ad omnem nutum Gubernatoris debent in campum egredi, quacunque occaſione oblatâ; quod promptiſſimè faciunt, & valdè ſtrenuè ſe gerunt. Unum, & quidem præcipuum, huic civitati deerat, videlicet Templum, hinc divina in horreo aliquo peragebantur. Eò igitur tanquam Cuſtos accedens, ſtatim Templi fabricę intendi, quod modo, Laus *Deo*, perfectum eſt: conſtruxi &

Con-

Conventum Fratribus noſtris, qui, uti alibi, incolas in artibus tam liberalibus, quàm alijs inſtruunt. Et licet locus ſit valde frigidus, eſt nihilominùs totius *Novi Mexico* fertiliſſimus.

Natio Teoas.

PRocedendo ulterius verſus occidentem (repetendo nihilominùs flumen Septentrionale, à quo nonnihil receſſimus) occurrit Natio ſive Provincia Teoas: habens in ſpatio 11. vel 12. milliarium octo oppida, & in illis habitantes 6000. plùs minùs. Hæc natio omniū prima in hoc Regno ſanctiſſimum Baptiſmi Sacramentum ſuſcepit, de quo ſibi plurimùm gratulatur. Sunt

Hiſpani ipſis valdè amici, ipſiqu
Nationi Hiſpanicæ cæteris fide
liores, in quacunque bellorun
occaſione: In omnibus ſunt be
nè inſtructi. Singuli pagi haben
ſuas Eccleſias, ad quas Fratre
noſtri divina adminiſtraturi ac
cedunt, ex tribus Conventibu
qui ſunt in illa Provincia. Regi
eſt magnæ fertilitatis, quam au
get valdè beneficium aquædu
ctuum, induſtria alicujus Fratri
inventorum, quibus ſeminat
irrigantur. Suppetit etiam piſci
abundantia ex flumine Septen
trionali illìc vicino.

Natio HEMES.

TRanſito illo flumine, & ten
dendo verſus occidentem

enitur ad Nationem Hemes,
uæ eo tempore, quo eò acceſſi,
uit diſperſa per totum Regnum,
elloque & fame penè extincta:
inc, quia pro majori parte o-
nnes fuerant per noſtros antea
aptizati, animum appoſui, ut
iſperſos denuò congregarem;
d hoc deputando aliquem Re-
gioſum, qui ſtrenuè & ſollicitè
ac in parte laboravit; ſic paula-
m collectos, collocavimus in
uobus oppidis, quorum unum
Joſeph (in quo pulchram Eccle-
am, Fratrumque Conventum
onſtrui feci) aliud *S. Didaci de*
ngregatione, nomen accepit: cu-
vimus ipſis etiam fabricari do-
os, ſinguliſque de alimentis
o aliquot diebus provideri,

 ter-

terramque per noſtros cultam, eis ad ſeminandum tradi. Pro ſuppeditandis verò ad talia & ſimilia charitatis opera, expenſis, ſubinde pannum, quem veſtiendis Fratribus noſtris V. MAIESTAS mitti mandavit, permutavimus, & ſic oppidum hoc, *Congregationis* dictum, unum ex præcipuis, quæ in India reperiuntur, evaſit, habens Templum, Conventum & Scholas ſicut alia. Quamvis verò media pars hujus Nationis extincta ſit, ultra tria millia tamen ſubditorum MAIESTAS V. illic acquiſivit.

Natio PICURIES.

UT autem regrediamur ad Nationem TEOAS, aſcendendo

dendo flumen Septentrionale
ad decem milliaria, occurrit op-
pidum Picuries, habens inco-
las 2000. plùs minùs, Conven-
tum & Ecclesiam : fuerunt hi
præ cæteris totius Regni, maxi-
mè indomiti & intractabiles,
multa proinde passi sunt ab eis
Religiosi, verbera, injurias, &c.
pro fide Catholica. *Patrem*, qui
modò ibi agit, aliquoties tentâ-
runt occidere, *Deo* tamen eum
miraculosè præservante, semper
eorum manus evasit: dum enim
semel per vias eum invadere ten-
tabant, præ timore trementes
copioso sudore suffundebantur:
alia vice dum ad eum capiendũ
accedebant, factus est eis invisi-
bilis, & sic confusi recesserunt;

nunc verò (*Deo* ſint laudes) valdè ſunt pacifici & morigeri, ac in artibus benè inſtructi. Pertinent ad Nationem *Teoas*; quia verò ab hac adeò ſunt diſſiti, pro ſpeciali Natione reputantur. Terra eſt valdè fertilis, maturèque & in magna abundantia ſuos fructus profert: habet aquas fluviatiles optimas, abundantes Truttis; habet & *granatorum lapidum* optimorum venas, ſed non eſt, qui illos eruat.

Natio TAOS.

ALijs ſeptem milliaribus ad Septentrionem, ſitum eſt oppidum TAOS, quod ad præcedentem Nationem pertinet, differt tamen nonnihil in loquela. Habet 2500. habitantes, omnes

bapti-

baptizatos, Conventum & Ecclesiam, exstructa procurantibus duobus Religiosis ad conversionem illius Nationis deputatis, qui & optimè illos tam in fide quàm in alijs docuerunt. Anno verò 1627. placuit *Deo*, sanctum Verbum suum miraculo confirmare. Cum enim de *Sacramento Matrimonij*, & præsertim quod non nisi unam uxorem habere cuilibet liceat, unus Religiosus prędicaret, ipsis verò, pluralitati illarum antè Baptismum assuetis, difficilè persuaderi posset, inter alias una vetula Saga Indica, maximè se huic doctrinæ opposuit: hæc semel secum in sylvam ad ligna colligenda sumpsit quatuor mulieres Catholico

ritu copulatas, totus diſcurſus quem cũ ipſis eundo & redeundo habuit, in hoc tendebat, ut illas induceret, ne in modum copulandi, quem *Pater* prædicabat, ullatenus conſentirẽt, quod antiquus Indorum mos melior eſſet; ipſis verò omninò illi contradicentibus, hac autem ſemper acriùs inſtante; ecce! dum oppido appropinquarent, ſudo & ſereno cœlo, cecidit fulgur, quod diaboli mancipiũ (Catholicis mulieribus, inter quas Saga media incedebat, planè illæſis) percuſſit & occidit. Miraculum hoc, non ſolùm bonas illas Chriſtianas quatuor mulieres, in Doctrina, quam *Pater de Sacramento Matrimonij* prædicaverat, confirma-

navit, ſed & omnes viros, qui
occultè concubinas alebāt, per-
movit, ad illas ſibi legitimo ma-
trimonio copulandas, aut di-
mittendas; ac deinceps *Patris* do-
ctrinę abſque ulla contradictio-
ne fidem adhibuerunt. Super
quo facto prætactus *Pater* inſi-
gnem habuit concionem: ſin-
guliſq; Dominicis & Feſtis die-
bus, & in hoc, & in omnibus a-
lijs Conventibus conciones fie-
ri ſolitæ ſunt. Sit *Deus* laudatus.
Religio hæc quamvis valdè fri-
gida, neceſſarijs tamen frugibus,
& animalibus abundat.

Rupes ACOMA.

REpetamus modo Nationem *Queres*, de qua ſupra, tranſ-
eun-

eundum enim eſt ultimum ejus oppidum *divæ Annæ* dedicatum, verſus occidentem ad 12. millia-ria, ut perveniatur ad *rupem* ACOMA, inacceſſibilem pænè, & habitatam hominibus bellicoſiſſimis, bis mille plùs minùs. Plurimis Hiſpanorum & Indorum amicorum, vitis, hæc rupes comparata, & tandem occupata fuit. Præterito anno 1629. eò miſſus eſt unus ex noſtris *Patribus*, qui ipſis catechizat, & catechizatos *Baptiſmo* imbuit. Hujus S^{mi} Sacramenti virtutem, miraculo *Deus* probavit, circa puellam ætatis unius anni. Hanc mater in brachijs geſtans, animam agentem; quaſi mortuam deplorabat; quod videns Religioſus, di

xit;

xit; mulier, quandoquidẽ adeò hanc prolem diligas, ſine eam baptizari, ut ſaltem mortua cœlum petere, & æterna gloria frui poſſit: credidit mulier (adhuc æthnica) *Patri*, rogavitque, ut puellam baptizaret: cui *Pater*; crede igitur, hæc enim aqua potens eſt filiæ tuæ ſanitatem reddere. Mirabile dictu; infusâ aquâ ſuper puellam, & formâ Baptiſmi prolatâ, in momẽto convaluit, & ſe erigens ubera matris arripuit, Patriq; quaſi pro accepto beneficio gratias agens, arridebat. Miraculũ hoc Indos illos plurimum in fide confirmavit, diligentioreſque reddidit in addiſcendis Chriſtianis precibus, ut ad Baptiſmum pertingere poſſent. Sit Deus benedictus.

Natio ZÚNI.

TRiginta alijs milliaribus, occidentem versus, venitur ad Provinciam ZUNI, 11 vel 12 oppida spatio novem aut decem milliarium complectens, in quibus ultra decem mille habitatores reperiuntur, omnes ad Catholicam fidem conversi, pars eorum ex nunc baptizati, pars adhuc catechizantur & indies baptizantur. Religiosi nostri ibidem habitantes in duobus Conventibus, & huic sancto operi intendentes, magnam à veneficis illic existentibus, sustinent persecutionem; *Deo* tamen opus suum promovente, suosque operarios protegente, semper prevalent, plurimaque mirabilia

Dei

Dei virtute faciunt; quæ, quia in ſpeciali informatione deſuper ſumpta referuntur, ad illam me remitto. Eſt Regio omnium humanæ vitæ neceſſariorum affluentiſſima.

Natio MOQUI.

ITem verſus occidentem alijs triginta milliaribus, ſita eſt Provincia Moqui, ejuſdem cum præcedente, magnitudinis & quantitatis populi, videl. 10000. qui indies catechizantur, & Baptiſmum recipiunt, confirmante *Deo* doctrinam Servorum ſuorum ſignis & prodigijs, quorum unum hîc referendum. Pro more habent Indi, ſtatim à principio Religioſos ad ſua oppida &

ha-

habitationes adventantes, optimè recipere, ſeque ſacro ſuſcipiendo Baptiſmo prompto animo accommodare; quod ægerrimè ferentes venefici, nullum non movent lapidem, ut illud impediant, ad hoc nitentes præcipuè, ut Religioſum Ind expellant aut occidant. Contigit itaque in præcipuo oppido hujus Provinciæ MOQUI, poſtquam ibidem *Patrem* ad ſuam converſionem deſtinatum, unà cum ſocijs ac militibus ipſum comitantibus, valdè amicè recepiſſent, quod *Pater* habens in manu unam ex crucibus originalibus, *Matris Ludovicæ de Carrion*, ipſos in fervore ſpiritus efficacibus rationibus convincere labora-

porarct, unum ſolum *Deum* eſſe colendum & adorandum, illum videlicet, qui creavit cœlum & terram, & pro redemptione humani generis homo factus, mortuus eſt in *cruce*, cujus ſimilitudinem manu tenebat; quod etiam hanc debebant adorare, & non idola ſua, per quæ diabolus ipſos dementabat & decipiebat. Magi qui aderant per hoc quaſi in rabiem acti, conati ſunt populo perſuadere, ipſum Religioſum omneſque ejus comites eſſe seductores, & ad hoc ſolùm veniſſe, ut ipſos deciperent, quod proindè eos deberent è medio tollere; hoc tamen aggredi auſi non fuerunt, timentes militem armatum, ſed præcipuè Deo ita

clementer diſponente. Poſtea
magnâ hominum catervâ ſtipa-
tum, adducunt puerum unum
12. vel 13. annorum, cœcum à na-
tivitate, habentem oculos adeò
clauſos, quod palpebras aperire
nullatenus poſſet; dixeruntque
Religioſo: ſi vera ſunt, quæ de
cruce prædicas, ſuperponas eam
oculis hujus pueri, quos ſi ape-
ruerit, credemus tibi, ſin minùs
te tanquam mendacem & ſedu-
ctorem aut occidemus, aut cum
ignominia ejiciemus. Tunc Re-
ligioſus in genua procidens, ele-
vatis in cœlum oculis magna
devotione & fide *Deum* orabat
quatenus in infidelium illorum
& ſylveſtrium hominum con-
fuſionem, & ut diſcerent ſan-

ctum

ctum ſuum *nomen* & *crucem* ho-
norare, per hanc, quam manu
enebat, antiqua potentiæ ſuæ
niracula operari dignaretur:
peracta oratione ſurgens, firma
ide *crucem* oculis pueri impoſuit,
qui extemplò illos aperiens, præ
umma admiratione, quod jam
videret, exclamavit. Tanto mi-
aculo ſtupefacti, puerum per
vicos & plateas brachijs eleva-
um tulerunt, miraculum publi-
antes, & ſe Chriſtianos fieri, ac
baptizari velle altis vocibus pro-
eſtantes; quodque jam agno-
cerent vera eſſe, quæ *Pater* doce-
bat, ſeque ipſius monitis & do-
trinæ velle acquieſcere: econ-
ra Veneficos, qui hactenus ſuâ
nagiâ ipſos dementârant, eſſe

merosdeceptores & seductores
Patrem proinde, suosque socio
magna deinceps sunt reverentia
& amore prosecuti, acquiescen-
tes promptissimè eorum moni-
tis & doctrinæ, atque ad *Baptis-
mum* summo desiderio aspiran-
tes. Sit nomen Domini benedi-
ctum.

Non defuerunt similia mira-
cula in superioribus conversio-
nibus, quæ hic brevitatis causa
prætereo, illa ad plenum relatu-
rus in historia generali illius con-
versionis, quam *Deo* juvante in
lucem edere intendo, volui ta-
men hæc pauca referre, quia prę-
terito anno 1629. à quo *Majesta*
Vestra novos in illam vineam o-
perarios misit, contigerunt.

Harum

Harum Nationum mores & consue-tudines.

HÆc sunt loca inhabitata, quę ab hac parte regni (cui *Novi Mexico* nomen dedimus) hacte-nus potuimus detegere, à primo videlicet oppido Provinciæ *Piros S. Antonij de Senecú nominato*, usquè ad oppidum *S. Hieronymi Provinciæ Taos.* Continet hic districtus spa-tium centum leucarum, sunque omnia oppida sita ad utramque ripam *fluminis Septentrionalis*, pau-cis exceptis, quæ septẽ vel octo milliaribus ad latus declinant, juxta alios rivos aquarũ; ascen-duntque habitatores ad nume-rum octoginta millium, plùs minùs. Omnes hæc Nationes di-visæ erant in duas partialitates,

quarum una militiam, alterà magiam profitebatur, habebantque summas ad invicem inimicitias. Milites conabantur omnem populum sibi subjugare econtra Magi, persuadentes hominibus se pluvias, serenam auram ac terræ fertilitatem causare, illos in suam sententiam & devotionem trahere studebāt, militem deridentes; & sic erant assidua inter ipsos bella intestina crudelissima, homicidia frequentissima, oppidorum & aliarum habitationum eversione ac desolationes, & consequenter hosti humani generis magnum lucrum. Ipsorum Religio, licet non potuerit dici formalis Idololatria, erat tame

huic

huic proxima, ferè enim ad o-
mnia, quæ agebant, ſpeciales ad-
hibebant oblationes: verbi gra-
tia, contra hoſtes ſuos in bellum
proceſſuri, offerebant farinam,
& alias res, in præſentia crinium,
quos inimicis à ſe trucidatis ab-
ſciderant: volentes nubere, co-
ram capitibus cervorum, lepo-
rum, cuniculorum, aliorumque
animalium mortuorum, ſimili-
ter farinam offerebant: Ad pi-
ſcationem accedentes, offere-
bant fluvio. Mulieres ad nuptias
anhelantes, ibant ad campum
aliquem, & ibidem in aliquo
colliculo, lapidem aut baculum
erigebant, coram illo farinam
pariter offerentes; ſpatio octo
vel plurium dierum, non niſi res

ſtomachum alterantes, & vomitum (reverendo) provocantes, comedebant, crudeliterque ſe flagellabant; dumque ampliùs hunc vivendi modum ſuſtinere non poterant, & ex pinguibus beneque diſpoſitis, totæ macilentæ, & alicui Megeræ ſimiles, evaſerant, revertebantur domũ, plenè confidentes, quod primus vir occurrens eas ſibi acciperet, ac lodiculam ſive ſtragulũ bambacinum, eis præſentaret, tale enim munus præ cæteris æſtimant. Hi & ſimiles modi oblationum fiunt ab ipſis, abſque aliqua ſpeciali reverentia, neque enim ægrè ferunt, ſi ligna, lapides & alia, coram quibus offerunt pedibus terantur, vel conſpuantur,

ur, ſed habent eorum appoſi-
ionem tantùm pro aliqua cære-
monia. Ducem ſive Capitaneū
ſibi eligere volentes, convenie-
bant ad forum; illum qui inſti-
tuendus erat, nudum alligabant
palo, virgiſque ex ſpinis confe-
ctis, inſigniter excipiebant, poſt-
ea coram illo ludicra, & facetias
exercebant; & ſi neque his ad ri-
ſum, neque verberibus ad fle-
tum aut impatientiam moveba-
tur, ipſum tanquam virum ſtre-
nuum in Ducem acceptabant.
Servant formam Regiminis &
Reipublicę; ſi quid alicujus mo-
menti tractandū occurrit, con-
veniunt Seniores populi coram
ſupremo Capitaneo, qui poſtea
reſolutionem coram omni po-

pulo publicat; eſtque eis hęc publicatio res magnæ authoritatis uſquè in hodiernam diem.

Quàm ſedulò ſe dent Exercitijs Chriſtianis.

A Quo verò ſunt, per Dei gratiam, operâ noſtrorum Fratrum ad fidem converſi, adeò ſunt in exercitijs fidei ferventes, ut antiquos Chriſtianos ſuperent; dum audiunt pulſu campanæ ad Miſſam, aut Verbum Dei, ſignum dari, ſtatim omnes cum magna modeſtia, & externa compoſitione ad Templum conveniunt; pueri & puellę ſemper manè & veſperi valdè diligenter ad Catecheſin accedunt. Cantores ad hoc deputati, & in certos

ertos Choros divisi, statutis ho-
is quotidiè cantant Primam,
ummum Sacrum & Vesperas,
aldè solemniter. Ad sacramen-
alem Confessionem valdè seriò
e disponunt : magnam obe-
dientiam, reverentiam & affe-
ctum deferunt Religioso, suo
ministerio deputato : simul ac
aliquis infirmatur, si præ debili-
tate ipsemet accedere non valet,
Religiosum advocari curat, con-
fidens se sola ejus præsentia sa-
nandum; si verò morbus inva-
lescat, per Confessionem sacra-
mentalem se ad benè morien-
dum disponit. Et quia advertunt
Fratres nostros tam promptè &
sollicitè ipsis inservire, ac in o-
mni necessitate succurrere, plu-
rimùm

rimùm ipsos diligunt, & pro posse necessaria, non solùm personis nostris, sed & Conventibus & Ecclesijs, magno amore & devotione suppeditant. Vix credi posset, quàm aptè ac brevi tempore & Ecclesias & Conventus nostros exstruxerint, cum tamen solæ mulieres ac scholares, pueri & puellæ, fabricis construendis applicentur; hoc enim pro more habent prædictæ Nationes: viri verò nent & texunt stragula ex bambacio; venationi vacant, & ad bella procedunt; & dum aliquando volumus viros ad fabrilia exercenda adigere, confunduntur, & si acquiescunt, mulieres illos exsibilant; sicq; quinquaginta, & ampliùs,

Ecclesiæ, affabrè & valdè pulhrè extructæ sunt per mulieres, nteriusque picturis in parietiɔus, alioque ornatu optimè onstitutæ. Sunt nihilominùs llis in partibus modò optimi Fabri, præcipuè lignarij, qui ex ignis (quibus montes ibidem bundant, & quidem optimis ac aris) res pulcherrimas faciunt; liarumque artium mæchanicaum Magistri præclari, à Fratriɔus nostris artem edocti. Quod erò homines, antea tam sylvetres & brutales, qui à 20. annis riùs ad fidem converti cœpeunt (majorque eorum copia riùs ab annis octo baptizati unt) adeò sint modò Religiosi n moribus, ut centennales Ca-

tho-

tholicos longè ſuperent, ad admirationem, & *Deum* laudandum maximè nos movet: dum enim nos Religioſos per vias & campos eminus adventare percipiunt, occurrunt, ſummoque amore ac reverentia nos ſuſcipiunt, dicentes: *Benedictus ſit Dominus noſter Jeſus Chriſtus.* Item, *Benedictum ſit Venerabile Sacramentum.* ſi ad eorum oppida vel manſiones divertimus, offerunt nobis flores & ramuſculos; piſcibus alijſque ferculis, quæ habere poſſunt, maxima charitate nos tractant: Oppidi Præfectus ſeu Capitaneus adventum nobis gratulaturus accedit, magnas agens gratias, quod, cùm ſimus Sacerdotes, ipſos viſitare dignamur.

Ve-

Vestiuntur hi populi modò, stragulis Bambacinis, & pellibus, tam viri quàm mulieres, ornantes se inauribus, dextrariolis ac murenulis aureis; mulieres verò sua stragula exteriùs depicta & fimbriata, gestant.

Dum campanâ datur signum ad Ave Maria, omnes, ubicunque reperiantur, in genua procidunt, altâ voce *Beatissimam Virginem Mariam*, tertiò Salutatione Angelicâ invocantes, uti & ad signum pro defunctis unum *Pater noster*, & *Ave Maria*, recitant. Fiunt frequentes cum Venerabili Sacramento Processiones, quibus tribuendũ arbitramur, quod aër antehac adeò austerus & durus, ut ferri vix posset, modò

dò ſit valdè placidus, ſuavis & ſa-
lubris. Sit Deus benedictus, qui
per indignos ſervulos ſuos (hu-
miles Fratres minores:) *Sanctiſſi-
mæ Crucis* trophæum in diaboli
Regnum invexit, & ex dæmonis
mancipijs, filios *S. Romanæ Eccleſiæ*
effecit, per hoc evidenter pro-
bans, ſe infirma mundi & con-
temptibilia eligere, ut fortia
quæque confundat, ac conſe-
quenter opus ſuum eſſe. Sit à
Deo benedicta Vª. CATHOLICA
Mtas cujus Regiâ munificentiâ
tantum opus inchoatum eſt, &
promovetur, & tot animarum
millia (*Deo* Auctore) diaboli fau-
cibus eripiuntur. Agimus divi-
næ ſuę Bonitati infinitas gratias,
quod tantos ſpirituales ac tem-
po-

orales thesauros Væ. Mti. pan-
ere fuerit dignata: Illosque In-
os pro tanti Benefactoris (qui
s media & instrumenta æter-
æ salutis consequendæ submi-
istravit) prosperitate, assiduè
rare docuimus, quod & fideli-
er præstant. Cedat *Deo* omnis
onor & gloria.

Fertilitas terræ.

EST regnum hoc valdè fru-
giferum; granum (Indicè
Maiz, Hispanicè *Trigo de Indias*:)
mnisque generis legumina ter-
e mandata, maximo cum fæ-
ore recipiuntur: Melones, pe-
ones, cucumeres, caules, radi-
es, allium, cepæ, omnisq; gene-
s hortalitia habentur in abun-

dantia. Uti etiam plurimæ frug-
ferarum arborum ſpecies, quas
ne longus ſim, enumerare omit
to: ſolùm dicam, quod *pinn*
nes, ſive nuces pini, ſunt mult
majores quàm in Hiſpaniâ, co
ticeſque fractu faciles. Magn
demum terræ illius fertilitas v
ex hoc colligi poteſt, quod e
uno tritici, ſive *Maiz*, modic
terræ mandato, recipiuntur 12
vel 130. modij, & ſæpè contingi
quod ex eodem agro non de
nuò arato, aut ſeminato, ſed ſo
lùm irrigato, ſequenti meſſe u
beret fructus colligantur.

Venatio & Piſcatio.

TAnta eſt ſylveſtrium anima
lium copia, ut infinita pæn

videatur. Cervi diverſarum ſpecierum, aliqui magnitudinis unius magni muli, habentes etiã caudam mulo ſimilem; alij ſimilis magnitudinis, cum caudis uti cervi noſtrates, ſuntque pi-
oſi: mediocris ſive ordinariæ magnitudinis cervorum, maxima multitudo: hi & cibum ordinarium, & veſtes Indis ſuppeditant, nôrunt enim illorum pelles optimè parare, adeò, quod in civitate *Mexico* quinque vel ſex *Peſos* (eſt certum pondus argenti, valens ſingulum octo Regalibus Hiſpanicis) vendantur: Cuniculorum & leporum non eſt numerus. Leones, urſi, lupi, vulpes, catti ſylveſtres, plurimi. Eſt ibidem ſpecies arietum ſylve-

ſtrium (Ibices eſſe putârim) ex-
traordinariæ magnitudinis, ha-
bentque cornua valdè craſſa; h
citato curſu murum, editiſſimaſ-
que ac altiſſimas rupes conſcen-
dunt, ex quibus ſubindè vel lu-
dentes, vel fugientes, ſe præcipi-
tant, cadentes ſemper in caput,
ſtatimque ſurgunt abſque ulla
lęſione, & quaſi non cecidiſſent
Muli & æqui præſtantiſſimi, in
magna copia: uti & porci, o-
mniſque generis animantia; ex-
ceptis vaccis & ovibus, quas
ex nova Hiſpania eò adduximus
ſuntq; modò valdè multiplica-
tæ, oves enim ſingulis partubus
tres faciunt fœtus. Res eſt viſu
digna, quando Indi inſtituunt
venationem generalem: conve-
niunt

niunt enim illorum quatuor vel
quinque millia; tum circum-
dantes totum ſpatium per quod
venari intendũt, paulatim, quic-
quid in illo reperitur animalium
ſylveſtrium, circulo non magno
includunt; eſtque jucundiſſimũ
ibi ſimul videre tot beſtiarum
ſpecies diverſas; tum ij qui ad
hoc deputantur, ingredientes
circulum, occidunt, quod vo-
lunt, & occiſa æqualiter inter o-
mnes diſtribuuntur; Capitaneo
tamen cæteris major pars cedit.

Piſcium ſimiliter magna eſt
copia, in fluvijs, rivis, & torren-
tibus, quibus terra abundat; præ-
cipuè in flumine Septentriona-
li; qui dum demiſſior, vadari po-
teſt, equo uſque ad ſellam ſive

ephippium intrante : ſubindè verò valdè eſt profundus & rapidus, præſertim cùm aquæ ex nivibus reſolutæ, defluunt.

Aëris temperies qualis ſit.

TEmpore hyemis frigus eſt intenſiſſimum, congelantur omnia flumina; ita ut equis & curribus tranſiri poſſint, imò & ipſum flumen Septentrionale. Nives copioſiſſimæ. Reperiuntur paſſim Indi per vias mortui. Hiſpanis præcipuè moleſtũ tantum frigus, nares, aures, manus, pedes, ſæpiſſimè habẽt congelatos. Præ cæteris tamen nos Religioſi hoc incom̃odum ſentim⁹, dum hinc inde ad divina miniſtranda, infirmoſque viſitandos,

re-

emotiores partes accedere debemus: econtrà adeò eſt in æſtate intenſus calor, ut reſpirari vix poſſit; acproindè, hic, frigore moleſtior: multò tamen major in una quàm alia Provincia eſt æſtus.

Natio APACHE.

SUfficient hactenus dicta ad intelligendam conſtitutionē locorum & oppidorum, *Novi Mexico*, quæ in ſpatio centum leucarum, ad utramque Septentrionalis fluminis ripā ſita ſunt. Modo ad præclaram Nationem *Apache*, qua aliæ prędictæ Nationes undequaque circumdantur, accedendum eſt. In hac ſola autem dicere, frequentiorem eſſe

populũ quàm in totâ novâ Hiſ-
paniâ, etiam comprehendendo
Regnum Mexico. Sunt homi-
nes longè à præcedentibus in-
dole diſtincti, uti & loquela; ali
enim loquuntur ſuaviter & tra-
ctim, hi verbis quaſi ſcindunt.
Sunt animo elati, bellicoſi, aſtu-
ti, inſidioſi; nulla habent oppi-
da vel domos, ſed in tentorijs
aut tugurijs morantur, habita-
tiones ſuas mutantes pro oppor-
tunitate venationis, ex hac enim
vivunt: habent tamen ſingulæ
manſiones deputatum ſibi cer-
tum terræ ſpatium, in quo *Maiz*
ſive triticum, aliaque ſemina &
legumina pro ſua ſuſtentatione
ſeminant: veſtiũtur pellibus cer-
vinis optimè paratis, & ſuo mo-
do

do ornatis, mulieres etiam valdè
comptè & honestè, vestitæ in-
cedunt.
Nulla habent Idola, imò & a-
ias Nationes ea habentes deri-
dent, *Solem* tamen colunt, licet
non omnes. Tot habent uxores,
ac possunt alere; quarum si ali-
quam adulterasse compererint,
præcisis (juxta leges suas) nari-
bus & auribus, inexorabiliter
à se rejiciunt. Superioribus suis
sunt valdè reverentiales, prom-
ptèque obedientes, filios suos
benè docent & castigant, quod
aliæ Nationes non faciunt: sunt
amantes veritatis; si quem verò
mendacij convincunt, habent
eũ pro infami. Omnes uno idio-
mate utuntur, cum sint unius

Nationis, eſt quidem nonnulla hinc inde diverſitas, propter longam ab invicem diſtantiam, non tamen tanta, quin poſſint omnes, tanquam unius linguæ, intelligi. Natio hęc, uti diximus, circumcingit prætactas Provincias *Novi Mexico.* Inchoando igitur à loco, qui dicitur *Apaches del Perillo*, donec per circulum ad eundem fiat regreſſus, intercedunt trecenta milliaria; totidem & ampliùs habet lateraliter verſus occidentem uſque ad *mare del Zur:* hinc ad Septentrionalem plagam vergit verſus *Anguſtiam*, ſive *Eſtrecho de Anian:* ab hac parte autem, hactenus finem invenire non potuimus.

Initium Converſionis APACHES.

COnverſioni hujus Nationis, per *Dei* gratiam, initium de-
i in parte Septentrionali, in lo-
o ubi reſidebat Dux ſive Capi-
ıneus *Quinia*, vir propter res in
ello benè geſtas, apud Indos fa-
ıoſiſſimus. Illic primas *Cruces* e-
ːxi, baptizatoque Capitaneò
um uxore & liberis, reliqui ibi-
em unum Religioſum ad con-
erſionem proſequendam: ve-
ım, ſubditi rebellantes, minati
ınt, *Patrem* telis confodere ſub
atecheſi, non tamen fuerunt
uſi eum occidere, ſed locum
nà omnes deſerentes, relique-
ınt *Patrem* ſolum. Sic ſolet in
rincipio converſionis ordina-
riè

riè contingere. Diſceſſit itaque
inde pro illa vice.

Converſio APACHES DE XILA, & *notabilis diſcurſus unius Capitanei.*

PRoxima Nationi *Apaches de Perillo*, eſt Natio *Apaches* DE XILA: diſtat hæc Provincia 14. milliaribus ab oppido *S. Antonij de Senecú*, quod pertinet ad Provinciam *Piros*. Placuit *Deo* quod ſupremus Capitaneus, nomine *Sanaba*, converſus antea fuerit per meas conciones, quas frequenter audiverat in *Senecú*, & ipſemet modò prædicabat populo ſibi commiſſo, quem paulatim totum convertit, eſtque de præſenti ibi unus ex noſtris Patribus,

bus, ipſos in Cathechiſmo exer-
cens.

Non poſſum ſilentio præteri-
re id, quod mihi contigit in hac
converſione. Dum verſus *Xila*
me conferre meditabar, venit ad
me, uſque in *Senecú*, prænomina-
tus Capitaneus *Sanaba*, rogatu-
rus, ut ſuam Provinciam acce-
dere vellem; qui, ferculis de pau-
pertate noſtra appoſitis, nonni-
hil refectus, juſſit uni ſervorum
ſuorum, ſolveret faſciculum,
quem ſecum tulerat, extraxit-
que ex eo pellem involutam,
pulchrè paratam, quam mihi
obtulit. Præſupponens igitur
quod illam mihi donare inten-
deret, dixi, me nulla, ab ipſo, vel
alijs, munera velle, ſed tantùm,

ut toto corde crederent in u-
num *Deum*, *Dominum cœli & ter-
ræ*, ipſumque devotè adoraren
Tum ſuaviter ſubridens, roga-
vit, pellem evolverē, & viderem
quid in eâ lateret: feci, & vid
pellem interiùs valdè albam, &
in eâ viridi colore depictum *So-
lem* cum *Cruce* deſuper; ſub Sol
verò, figuratam griſeo color
Lunam, ſimiliter habentem *Cru-
cem* ſuper impoſitam: dumque
rogarem, quid ſibi vellet hæc
pictura? Reſpondit: *Pater*, huc
uſque non agnovimus majore
benefactores quàm *Solem* & *Lu-
nam*; *Sol* enim lucet nobis pe
diem, calefacit nos, & produci
herbas & plantas: *Luna* ſuo lu-
mine nobis ſervit de nocte; &
pro-

propter hæc magna beneficia illos adoravimus, putantes benefacere: à quo verò ex te audivimus, esse *Deum*, qui creavit *Solem* & *Lunam*, omniaque alia, *Crucem* verò, esse signum illius *Dei*, curavi depingi *Crucem* supra *Solem* & *Lunam*, ut intelligas, quod velimus nos accommodare tuæ doctrinæ, nobisque modò nihil adeò esse cordi, quàm *Deum* & suam *sanctam Crucem* adorare. Sit *Deus* per omnia benedictus. Noverint soli illi, qui aliquando conversionibus infidelium vacârunt, quantam Servus *Dei* suique sancti Verbi Minister, concipiat corde spiritualem lætitiã, quantum in anima solatiũ, percipiens tales sui seminis fructus,

quam-

quamque benè impenſos æſti-
met labores, moleſtias & peri-
cula, quæ tali de cauſa ſubivit.
Ex hoc ſolo facto licet colligere,
quàm dociles dederit *Deus* ani-
mos huic Nationi: quis enim
naturalis Philoſophus conceptũ
ſuum de *Deo omnium Creatore*, *Sal-
vatore & Domino*, meliùs potuiſſet
adumbrare, aut figuris exprime-
re? Sit Deus iterùm benedictus.

Converſio Nationis APACHES DE NAVAJO.

QUinquaginta milliaribus, vel circiter, verſus Septen-
trionem à Provincia *Xila*, occur-
rit Provincia APACHES DE NAVA-
JO; cujus incolæ quidem ſunt
ejuſdem Nationis, ſubjecti ta-
men

nen alteri ſupremo Capitaneo, abentq́ue alium modum vi- endi. *Apaches Xila* enim, non co- nt aut ſeminant agros, ſed ex enatione vivunt; (licet modò er noſtros edocti, terram cole- incipiãt) at verò *Apaches de Na- yo* agriculturam optimè cal- nt. Hæc præ cæteris *Apaches* ovincia bellicoſiſſima eſt, uti *ſpani* experientiâ didicerunt, ique inter illos animi, ac valo- probandi, materiam invene- nt. Extendit ſe ad 50. vel 60. illiaria, eſtq́ue plena *fodinis Alu- nis*. Et quia omnes circumja- ntes Nationes Chriſtianæ ad cturam propendent, veſteſ- ue ſuas, ſive pelles, exteriùs de- ngunt, ac proinde *Alumine* tem-
 pe-

perandis coloribus indigeant
hoc verò, non nisi ex prædicti
fodinis, sive montibus haber
possit: hinc magna inter illo
bella. Christiani enim Indi, dum
pro accipiendo *Alumine*, egre-
diuntur, jungunt se ad minù
duo aut tria millia virorum, con
tra quos hostiliter egrediuntu
illi *Apaches de Navajo*, ac inter s
crudeliter confligunt, fitque u
plurimùm utrinque magna stra-
ges; nisi veniant Christiani, tem-
pore quo *Apaches* ratione vena-
tionis absunt à suis mansioni-
bus: si tamen domum redeun-
tes percipiant, *alumen* sibi à Chri-
stianis ablatum, ex professo ad
vindicandam hanc injuriã, con-
tra eos formato exercitu in cam-

pum

um procedunt : eſtque tanta
ellantium apud iſtos *Apaches*
ɔpia, ut duorum dierum ſpa-
o, ultra triginta mille viros, ar-
ı & ſagittis inſtructos, congre-
ıre poſſint. Habitant in caver-
s, lociſque ſubterraneis; ubi
iam ſua frumenta, tanquam in
ɔrreis, recondunt. Anno verò
æterito 1629. menſe Septem-
i, *Deo* ita miſericorditer diſpo-
nte, incepi huic Nationi præ-
care *Verbum Dei*; & curavi ex-
ıi unum Conventum *S. Claræ*
trum, in oppido *Capoo*, natio-
; *Teoas*, quod eſt illis *Apaches*
cinum, ac conſequenter eo-
n injurijs, ac hoſtilitatibus
ıximè expoſitum; intentio
tem mea fuit, inter illos con-

 cilia-

ciliare pacem & amicitiam, oc-
casionemque nancisci, ad agen-
dum cum illis infidelibus, & *Ver-
bum Dei* seminandi. Quàm verò
è sententia res successerit, spero
V. M^{ti} non erit grave intelligere
Mense igitur Septembri, præ-
teriti anni 1629. residens in præ-
dicto, recens per me erecto Con-
ventu in oppido *Capoo*, & adver-
tens nullum ex *Apaches Navaj*
eò accedere, cum quo possen
amicè agere, eum benè tractare
& cum satisfactione à me remit-
tere ad suum Capitaneum, u
cum hoc de pace inter nos in-
eunda tractaret: proposui e
mittere duodecim ex nostris *In-
dis Catholicis*, viros intelligente
& cordatos; & in hunc finem
con-

onvocavi omnes Capitaneos
 Seniores populi, eiſque aperui
nentem meam de quęrenda op-
ortunitate ad componendam
anc pacem, eaque mediante
onverſionem illius gentis pro-
novendam. Placuit omnibus
ropoſitio, & denominantes
uodecim viros mittendos, u-
um illorum cæteris capacio-
em, & in rebus agendis dexte-
orem, *Capitaneum* deſignârunt,
ui præcipuas partes in legatio-
e ageret, & ſymbola (pro more
o) pacis tractandæ exhiberet:
ant autem hæc, *Sagitta*, quæ lo-
 cuſpidis habebat plumam
oloratam, & *fiſtula* ad haurien-
um, vel (ut ajunt) bibendum,
er fumum, *Tubacum, ſive Necotia-*

nam, jam hauriri inchoatam. *Sa-*
gitta quidem Capitaneo vel Le-
gato datur, ut, dum appropin-
quat mansioni hostium, estqu-
in illorum conspectu, hanc in il-
los jaciat, in signum pacifici ac-
cessus, cum lædere non possi-
cuspide destituta; *fistula* verò, a-
amicabiliter propinandum in
vicem. Commisi & ego Capita-
neo meam pacis thesseram, vide-
licet *Rosarium Beatissimæ Virginis*
quod *Capitaneo Apaches* meo no-
mine præsentaret, ac meum de-
siderium cum Ipso super hac pa-
ce tractandi insinuaret. Resolu-
ta est hæc Legatio in Vigilia *Sa-*
crorum Stigmatum Beatissimi nostri Pa-
tris Francisci, quod occurrit 17. Se-
ptembris, ac proinde monui, u-
al-

ltera die ante diſceſſum ſacro
Miſſæ officio præſentes ſe exhi-
berent, *Deum* pro fœlici rei ſuc-
ceſſu, & *S. Franciſcum*, ut ſuo Pa-
rocinio illam promovere di-
gnaretur, devotiſſimè oraturi,
tque ex tunc Seraphico noſtro
atri illam Provinciam ejuſque
onverſionem dedicavi. Die igi-
ur feſto, Sacrum, non ſolùm
egatis, ſed & toto populo de-
otiſſimè præſente, ſolemniter
ecantatum fuit, eoque finito
egati, petitâ priùs humiliter
nea Benedictione, ex ipſo tem-
lo immediatè, itineri ſe dede-
unt, optimè animati & reſoluti.
ovit *Deus* anxietates, quas pa-
ebar conſiderans periculum,
ui boni homines exponeban-

tur : firmã nihilominùs in *Deum*
spem & fiduciam habebam, suâ
opem & protectionem non illi
defuturam.

Ut igitur ad hostium, qui in
prima mansione erant, consp
ctum Legati devenerunt, jeci
Capitaneus commissam sibi *Sa*
gittam: (erat autem tunc ibi, ca
su, *supremus Capitaneus,* vir insignis
& cognatus *Cazique* (hic super o
mnes, etiam supremos Capita
neos, imperium habet) eâ solùm
intentione, ut militem ad inva
dendos copioso exercitu in pro
ximo Christianos, colligeret :
cui similis teli emissione respon
dit hostis ; tum lento gradu a
invicem accesserunt : & dum
jam propinquiores facti, mutu
lo-

loquentes intelligere possent, deposuitCapitaneus noster, Capitaneo *Apache* suam Legationẽ, ipsi haustum *Tubacci fistulâ* propinans: tum obtulit ei meum *Rosarium*, & quia nunquam simile quid viderat, rogavit, quid sibi vellet, quod unum filum tot granis insertum esset? Legatus noster, ex tempore, ingeniosè valdè respondit: quod quia plures numero essent eorum Capitanei; *Pater* plura voluerit simul mittere grana, ut singuli singula in symbolum suæ amicitiæ, accipere possent: quæ Responsio Capitaneo multum placuit. His ita peractis, Capitaneus, præmisso profundo suspirio, respondit: se valdè dolere de ipsorũ adven-

tu; pacem, quam offerebant (quia bona) non quidem esse respuendam; sed quod plurimum à Christianis offensus, jam insignem de ipsis vindictam sumere decreverat: pacem nihilominùs se & velle, & acceptare. Missis deinde ad suum *Cazique*, & *Sagitta* & *fistulâ*, meum sibi Rosarium retinuit, colloque appendit. Et quia proditionis aliquam suspicionem habebat, dixit ad nostros; quod ipse quidem nomine omnium suorum, similiter pacem nobis daret, vellet tamen à me & omnibus Capitaneis Christianis, personaliter certior fieri, an veraciter etiam illã cum ipsis intenderent; ac proinde se nostrum oppidũ accedere resolvisse.

De

De hoc per aliquem noſtro-rum certior fàctus, miſi ipſi in occurſum ultra mille quingentas perſonas: Ego verò in Eccleſiâ noſtrâ adventum ejus præſtolabar, quam optimè ornari curaveram, plurimaq́ue luminaria accendi, erant enim tenebræ dum adventabant. Et quia Natio hæc ſuperba eſt, animoq́ue elato, viſum fuit Capitaneũ hunc, ſuoſq; comites, alio modo ſuſcipere, quàm aliæ Nationes à nobis ſuſcipi ſolent: Solemus enim in primo acceſſu moribus ipſorum nos accommodantes, unà cum ipſis humi ſedere: hunc ſtylũ hac vice, prędicta de cauſa, mutans, feci mihi poni ſedem ſuper tapetem ante altare, in qua

ſe-

ſedens ipſum expectabam. Præcedente itaque tota turba populi, Ipſe cum quatuor ſuis Capitaneis, inter Capitaneos noſtros ab utraque parte ipſos ſtipantes, procedebat. Dum jam omnes templum ingreſſi erant, acceſſit ſupremus Capitaneus Chriſtianorum, & ad pedes meos provolutus, illos deoſculabatur; neſciebam quidem hoc futurum, non tamen multùm abnui, in hac occaſione inſolitam hanc cæremoniam admittere: ejus exemplum cæteri Capitanei, etiam exteri, ſecuti ſunt: Tum *ſupremus Capitaneus Apaches* ſalutatione præmiſſa, mihi ait. Capitanei veſtri, hîc præſentes, ad me venerunt, offerentes nobis veſtro

ſtro & aliorum veſtrorum Capitaneorum nomine, pacem & amicitiam: volui itaque in perſona venire pro habenda majore hujus rei ſecuritate. Quo audito prodijt in medium Primarius Oppidi Capitaneus, ipſique obtulit proprium ſuum *arcum* & *ſagittas*, dicens; coram *Deo in altari exiſtente*, & hoc ſuo Presbytero, trado tibi arma mea, in fidem verbi mei, quod in æternum pacem inter nos initam nolim violare: hiſque dictis arcum & ſagittas poſuit in altari: utque ipſi conſtaret totum populum idem ſentire, clarâ voce illum interrogavit; an ejuſdem eſſent ſententiæ; acclamaverunt omnes unanimiter; ita, ita. Statim ſupremus

mus *Capitaneus Apache* è pharetra ſua protulit ſagittam habentem acutiſſimam cuſpidem ex ſilice albo, altâ voce coram omnibus dicens: Ignoro quis ſit is, quem *Deum* tuum nominas, quia tamen in confirmationem verbi tui, & fidei ſervandæ, teſtem illum invocas, debet eſſe perſona magnæ potentiæ auctoritatis & bonitatis; ac proinde eidem *Deo*, quiſquis ille ſit, do verbũ meum & fidem, meo, & omnium meorum nomine, mediante hoc telo, quod ad manus *Patris* hujus conſigno, quod nec ego, nec ulli noſtrum, initæ inter nos paci & amicitiæ, unquam ſimus defuturi. Ego igitur accipiens ſagittam, dixi, ſi vellet à me audire,

dire, quisnam sit ille *Deus noster,* cui ipse etiam ex nunc veritatem verbi sui consignârat, quod indubiè cum voluptate illud esset intellecturus. Quo annuente, paucis ei declaravi, *Deum nostrum* esse Conditorem & Dominum omnium creaturarum: qui ut nos ab æternis tormentis liberaret, homo factus pro nobis in *Cruce* mori voluit; mysteriaque passionis Domini in altari depicta ipsi digito designans, subjunxi, quod omnis, qui in illum *Deum* non crederet, & in nomine ejus baptizatus non fuerit, ipsumque adoraret, in omnem æternitatem esset infernalibus flammis torquendus. Statim apparuit in viro effectus *Verbi Dei,*

pro-

profundum enim emittens ſuſpirium, ad populum converſus, magno ſpiritu & elatâ voce ait: *O Teoas*, invideo vobis veſtram fælicitatem, quod habeatis, qui vos doceant, quis ſit *Deus*, plurimaque alia bona; & nos econtra per montes & ſylvas errantes, inſtar cervorum, leporum, aliarumque beſtiarum, vivimus & morimur: ex nunc dico, me illum *Deum*, de quo *Pater* locutus eſt, adorare, & ejus amore pacem inter nos initam tantò firmiùs ſervaturum; prorumpenſque in lacrymas, voluit genuflexus pedes meos deoſculari; ipſum verò elevans, amorosè ſum amplexatus, quod & ſimiliter fecerunt omnes Capitanei

Chri-

Christiani. Statim mandavi pulsari omnes campanas, tubas, & varia instrumenta musicalia, quibus fuit summè oblectatus, nunquam enim eousque simile quid audierat. *Tela* sive *Sagittas* ad altare suspendi curavi, in trophæum *Verbi Dei*, licet à me indignissimo ejus ministro prolata. Et postquam ad dandas *Deo* laudes & gratiarum actiones populum admonui, eduxerunt Capitanei Christiani *Supremum Apaches* cum suis ad convivium, quos & ego pro nostra paupertate tractavi.

Altera die (quæ erat Sabbathi) manè: dum daretur signum ad solemne Sacrum, in honorem *Beatissimæ Virginis Mariæ*, vi-

dens *Apache* totum populum ad templum se conferentem, accessit & ipse cum suis; intelligensque me *Alphonsum* vocari, rogavit & sibi illud nomen permitti: dixi, dum se baptizari peteret, nomen hoc sibi impositum iri; omnes tamen nihilominùs illum deinde *Don Alonso* nominârunt. Parabam me ad *Missam*, assumens pretiosissima ornamenta, quæ aderant; mirabatur porrò ipse, advertens totum populum in templo genuflexum tam devotè expectare. Ante *Missæ* principium, aliquos Indorũ matrimonio jungebam; & licet infideles plures uxores habeant, placebat tamen illi mos Christianorum de una

tan-

ntùm assumenda, & quod
utuam sibi fidem promitte-
nt in præsentia *Dei*. Dum igi-
r ad Celebrationem acceden-
m mihi erat, dixi ad *Apache*,
lli qui sacrum *Baptismum* non-
m suscepit, licitum est *Deum*
o *Missa* videre, quod propterea
gnaretur interim aliquantu-
n ambulatū egredi: ad quod
: se tam esse Christianum,
umq; tam ex intimo corde ado-
e, ac aliquis illorum qui ade-
nt, se proinde etiam velle *Deum*
lere; & licet replicarem defe-
u *Baptismi* id fieri non posse, no-
t tamen egredi, omnibus ve-
suis emissis ipse solus reman-
Ne igitur offenderetur, man-
vi Cantoribus musicè, adhi-

bitis inſtrumentis, ſolemniſſim
Añam *Salve Regina* decantaren
& ego aſſumptis ornamentis a
te Altare collectam convenie
tem, Antiphonâ finitâ, cecin
poſtea ad populum converſu
ſedens eodem loco, denuò
myſterijs Creationis & Reden
ptionis mundi, ſermonem h
bui, quo fuit magis ac magis
fide confirmatus, plurimumq
conſolatus.

Advenerant, ut *Miſſæ* Sacri
cio intereſſent quidam *Hiſpan*
quod intelligens *Apaches*, dixit,
cum illis etiam pacem, quale
cum *Teoas* jàm concluſerat, vel
inire: dedit itaque per man
meas uni Capitaneo Hiſpano,
ſignum inviolabilis fœderis, *S*
gittam;

tam; Hiſpanus reciprocè extra-
um gladium ipſi tradendum,
ihi conſignavit; utrumqúe
tari impoſitum: fuitqúe hoc
m Hiſpanis fœdus ſimiliter
mpanarum, tubarum, ac mu-
alium inſtrumentorum ſono,
lemnizatum, quod *Apache* ſu-
a modum placuit; dixit enim,
vel ex hoc fidei noſtræ veri-
tem colligere, quod illam tam
lchris cæremonijs celebrare-
us, ipſi verò viverent ut ani-
alia ſylveſtria. Tunc ipſum per
quos Capitaneos Chriſtianos
omum ſuam deduci curans,
iſſam corã populo legi; quod
ſtea reſciens, ægrè tulit, eò
uod déſideraverat *Deum* in *Miſ-*
videre.

Mansit ibi cum suis, per tre
aut quatuor dies, auscultan
cum devotione & affectu illa
quæ tractabantur de fidei no
stræ mysterijs, notansque læt
tiam spiritualem in Catholicis
præcipuè tamen ipsum & alios
movebat consideratio, & timo
pœnarum inferni, quas ut eva
derent & ipsi, & ipsorum uxo
res ac liberi, totaque ipsorum
Natio, omnibus modis se vel
Christianos fieri, protestaban
tur: Seriò me proinde rogaba
supremus Apache, ipsorum mansio
nem accederem, & ibidem ma
nerem, saltem ad decem die
quatenus meâ prædicatione po
pulo suo innotescerent ea, qu
apud *Teoas* ipsi ex ore meo pe
ce-

ceperant: adeò enim (inquiebat) ſunt mirabilia, quod non poſſemus ea effari, neque etiam nobis talia dicentibus crederetur. Diſceſſit tandem cum ſuis, intentione revertendi poſt *ſeſqui Lunam* (per *Lunas* enim tempus computant) & pro ſtabilitione initæ pacis, adducendi omnes mulieres & pueros circumjacentium manſionum, advehendique magnam quantitatem *pellium* & *aluminis*, ad inſtituendas nundinas ad tres dies, ut hoc modo acquirerent mutuam notitiam & amicitiam. Ipſis verò de Natione *Teoas*, ex tunc conceſſit licentiam venandi per terras *Apaches*, eoſq; accedendi pro libitu ſuo, promittens eis omnẽ

ſecuritatem & amicitiam; quam & effectu compererunt: imò & *Apaches* de ſua venatione illis partem dabant, dum occaſio aderat. Converſionem hanc & pacificationem proſequitur Religioſus quidam ex noſtris, vir magni ſpiritus, qui me meliùs (uti confido) illam ad optatum finem noverit deducere. Habet Provincia hæc *Apaches de Navajo*, latitudinis 50. milliaria, & ampliùs, longitudinis verò ultra 300. imò nec finem ejus hactenus ſcire potuimus. Et quia Natio hæc eſt bellicoſa & copioſa (habet enim, quantum hucuſque indagari potuit, ducenta millia & ſupra, habitantium) de hac præ cæteris metuere ſibi habet Regnum *Novi Mexico*.

Apaches Vaqueros.

Relicta modo Provincia *Apache Navajo*, ad aliam Apache Vaqueros accedamus, declinando ad dexteram versus Orientem. Hæc se extendit ad 150. Leucas, usque ad *Apaches del Perillo*, ubi denuò fit accessus ad *Novum Mexico*. Natio hæc à *vaccis* nomen accepit, *Vaqueros* enim Hispanicè, Latinè *Bubulos* significat; sunt namque omnes illius Provincię inhabitatores pro majori parte *Bubuli*, sive vaccarum & boum pastores. Vaccæ illæ sunt nostratibus in magnitudine pares, in forma verò valdè dissimiles; habent enim brevia crura, pectus & dorsum in-

curvum & quasi gibbosum, cornua parva, acuta & erecta, in fronte crispos crines, adeoque longos, ut visum illis impediant, coloris fusci, vel planè nigri, rarò maculosi: caro, nostrarum vaccarum carne, sapidior & sanior; butyrum multò meliùs, non mugiunt, sed instar porcorum grunniunt; pilos per totum corpus similiter crispos habent, instar lanæ, ex quibus fiunt pulcherrimi panni, ac pilei pretiosi: hos pilos singulis annis mutant, remanentque dispersi per campos, ventoque illos impellente, reperiuntur in maxima quantitate juxta arbores, & in angulis ac rimis terræ, possetque aliquis illos colligendo ditescere, sed ab in-

incolis negliguntur. Volui ita fusè de his animalibus tractare, quia eſt infinita illorum copia, & præcipua illorum hominum ſuſtentatio.

Extendit ſe hæc Provincia *Apaches Vaqueros* in longitudine (ut dixi) ultra 150. Leucas, in latitudine verò centum Leucas excedit, eſtque terra tentorijs ac manſionibus undequaque pleniſſima, populuſque innumerus. Hujus Nationis converſio principium habuit (*Deo* ita miſericorditer diſponente) ex bono odore Religioſæ converſationis *Fratrum noſtrorum*, eò quod adeò charitativè vicinarum Nationum neceſſitatibus ſuccurrerent, tamque humaniter cum

ipſis

ipsis agerent. Promovit hoc negotium, quod ipsorum Præfecti sive Capitanei intellexerint Hispanos in civitate *Santa Fé* sive Sanctæ Fidei, habere *Matrem Dei:* erit hæc imago sculpta, repræsentans *Matrem Dei habentem in sinu Filium de Cruce depositum*, quam ego eò advexerã, asservabaturque pulchrè deornata, in quodam Sacello: venerunt itaque dicti Capitanei ad illam civitatem, desiderio videndi *Matrem Dei*, & tantam erga illam conceperunt devotionem, ut ei promiserint, se velle fieri Christianos: nominatim supremus Capitaneus, qui illam valdè devotè suo more est allocutus. His bonis principijs invidens humani

ni generis hoſtis, ſuſcitavit Gubernatorem noſtrum Hiſpanũ, hominem çupidum & avarum, qui ad illos *Apaches Vacqueros* miſit Valentem quendam Capitaneum Indum, ſummum illius Nationis adverſarium, ut ex eis adduceret captivos quoſcunque poſſet, pro mancipijs in nova Hiſpania pretio vendendos. Contigit, quod infernalis hic miniſter irruerit in partem, ubi morabatur bonus ille ſupremus Capitaneus, qui *B. Virgini* apertis verbis, ſe Chriſtianum fieri velle, promiſerat: hic *Roſarium* à collo pendulum, quod ei dederam, protendens, rogabat, amore *Matris Dei*, ne ipſum occideret; non potuit tamen efferatum Tyranni

ni animum aut verbis aut precibus flectere; cumque se Capitaneus, ut poterat, defenderet, hunc, pluresque ex suis crudeliter peremit; & cum aliquibus captivis ad Gubernatorem remeavit: qui ob magnam alterationem in Regno hac de causa exortam, noluit illos accipere, valdè se offensum, propter factum illud Capitaneo Indo, simulans. Hac de causa tota illa Provincia in nos insurrexit: Sint tamen *Deo* laudes, paulatim per nostros Fratres informati de illius commotionis causa, ad pristinam in nos devotionem, ac fidei suscipiendæ desiderium, reducuntur.

Ex prædictis aliqualiter suffi-

ciens

ciens haberi poteſt cognitio hujus Nationis *Apaches*, quæ (uti dictum eſt) oppida *Novi Mexico* ad ripam utramq; fluminis Septentrionalis ſita, ejuſque Provincias ſive Nationes, videlicet *Teoas, Tanos, Hemes, Toas, Piros, Tompiras* & *Queres*, undequaq; cingit, & quaqua verſus lateraliter, ad Orientem, Occidentem, Septentrionem & Meridiem, adeò latè ſe extendit, ut illius terminos pluribus in partibus hactenus ignoremus. *Aëris temperies*, illis in partibus, eſt *Novi Mexico* ſimilis, hyeme valdè frigida, æſtate intensè calida. Det *Deus* incrementum ſemini, quod illic per noſtros pauperculos Fratres terræ rationali (ſi tamen rationalis) ſumma

diligentia, nullisque parcendo laboribus, mandatur.

Miraculosa conversio Nationis XUMANA.

PRænominata civitas *Santa Fé*, quæ quasi umbilicum *Novi Mexico* constituit, est sita ad altitudinem 37. graduum: ab hac civitate per *Apache Vacqueros* petendo Orientem, ad centũ duodecim circiter Leucas, venitur ad Nationem XUMANA, cujus conversio, quia adeò miraculolosa, particulariter recenseri meretur. Aliquot ab hinc annis, dum *Pater Joannes de Salas* in conversione Nationum *Tompiras* & *Salineros*, quarum limites sunt contra *Xumanas*, versaretur, casu con-

contigit, quod in quodam colloquio habito cum *Xumanis* diceret: *Homines, qui pauperibus benè faciunt, esse bonos*: ex tunc cœperunt illi *Patri* affici, instantes ut inter ipsos morari dignaretur; cui petitioni, licet pro tunc non posset annuere, (quia Indi ab eo recens conversi operâ suâ carere non poterant) alebat eos nihilominus spe in futurum, dum plures ipsi cooperatores adessent; bonam interim cum ipsis tenendo correspondentiã, qui & eum crebrò invisebant. Dum itaque *Deo* inspirante placuit M^ti^ V. anno præterito, videlicet 1629. triginta alios ex *Nova Hispania* Ordinis nostri Religiosos ad illas partes, sub conductu *Patris Stephani*

de Perea, deſtinare, ſtatim præno-minatum *Patrem Joannem de Salas*, unà cum *Patre Didaco Lopez*, ad di-ctam Nationem *Xumana* ablega-re reſolvimus : aderant quippe ab illa Natione aliqui deputati, qui illos conducerent. Hos dum aliquando interrogaremus, qua-re adeò inſtanter, tantoque affe-ctu nos requirerent? *Mulier* (a-junt) *quædam illi ſimilis, quæ ibi depi-cta pendet* (erat effigies *Matris Lu-dovicæ de Carrion*) *nobis aſsiduè noſtro idiomote prædicat, quod Patres advoca-re debeamus, ut nos inſtruant & bapti-zent, neque in hac parte ſegnes eſſe de-bere:* addentes inſuper, quod qui-dem habitu mulier illa, eſſet effi-giatæ perſimilis, *vultu verò ve-nuſtior & junior.* Idem affirmârunt

quot-

quotquot ejuſdem Nationis In-
li, ſucceſſivis temporibus ad no-
tros Patres adventantes, ean-
lem effigiem inſpexerunt.
Diabolus verò prævidens per
cceſſum Patrum ad illam Na-
ionem, prædam, quam tamdiu
acificè poſſederat, ſibi in proxi-
no eripiendam, conatus eſt illos
ndos à ſuis ſedibus deturbare,
xſiccando rivos & lacus, ex
uibus & homines & beſtiæ po-
um ſuum haurire ſolebant; un-
e contigit, vaccas & alia anima-
a circumcirca paſcentia, de qui-
us homines ſuſtentabantur, ab
lis partibus recedere. Inſuper
er ſervos ſuos Veneficos, popu-
o perſuadere nitebatur, fruſtra
oſos expectare Religioſos, qui

jam ſex annis præſtolati non ve-
nerant; ac proindè ni fame & ſiti
perire vellent, ſibi aliò migran-
dum eſſe; ad quod jam reſoluti
erant, mandato accepto à ſuis
Capitaneis, ut levatis & compli-
catis tentorijs, in craſtinũ ſum-
mo manè migrationi accingere
ſe deberent. *Deus* verò, qui ſuis
non deeſt, illo manè ante dilu-
culum miſit ad ſingulos illorũ,
famulam ſuam *Ludovicam de Car-
rion*, quæ ipſis nunciaret, Religio-
ſos diu expectatos & requiſitos,
jam in procinctu eſſe, quod pro-
pterea à loco in quo erant, non
recederent. Communicato ita-
que conſilio, reſolverũt duode-
cim ex Capitaneis, quibus ma-
gis fidebant, exploratum mitte-
re,

re, an res ita se haberet; qui tertiò die Religiosis occurrentes, illicò effigiem fœminæ, quæ illis prædicabat, monstrari sibi postulârunt. Produxit itaque *Pater* effigiem dictę *Matris Ludovicæ*, quam attulerat; quâ visâ, dixerunt, eodem quidem modo esse vestitã, formosiorem tamen & juniorem sibi apparere solitam: nullâque factâ morâ, ad suos remeârunt, de adventu Patrum expectatissimum suis nuncium daturi. Hoc igitur accepto, tota acies ipsis obviam processit, præcedentibus *duabus Crucibus*, ita enim facere se debere, cælitùs edocti erant. Occurrentes itaque huic catervæ *Patres*, visis cum admiratione *Crucibus*, humi prostrati, il-
 las

las adorârunt; quod & fecerunt tres milites ipſos comitantes: *Cruces* porrò, quas è collo pendentes *Patres* geſtare ſolent, in manus ſuas accipientes, Indis monſtrârunt, qui ſimilem illis, genuflexi, reverentiam exhibuerunt; uti ſimiliter pulcherrimæ imagini ſculptæ, *dulciſsimi pueruli* JESU, illius pedes devotiſſimè & oribus & oculis ſuis admoventes, quod non parùm noſtri mirabantur.

Igitur *Pater Joannes de Salas*, turbam hanc (*decem millium hominum, & ultra*) alloquens, interrogavit, num ſacrum *Baptiſmum* ſuſcipere vellent; Reſponderunt nomine omniũ Capitanei, ſe illa de cauſa eò veniſſe, & *Patres* advocâſſe.

Vel-

Vellem nihilominùs (ſubjunxit *Pater*) ab omnibus & ſingulis certum hujus mihi ſignum dari: & quia oretenus hoc à qualibet perſona intelligere in tanta hominum multitudine moraliter impoſſibile foret, ſignificetur ipſis, ut omnes, qui *Chriſtiani* fieri deſiderant, in loco ſuo ſubſiſtentes, brachium in altum elevent; quod, ubi eis intimatum fuit, extemplò omnes brachia erexêre, altiſſimiſque vocibus baptizari ſe velle exclamârunt: Et (quod maximè noſtros movit) matres parvulorum uberibus ſuis adhęrentium brachiola in altum levabant. Magna virtus gratiæ & *Verbi Dei.*

Duo prædicti *Patres*, videlicet

P. Joannes de Salas, & *P. Didacus Lopez*, permanſerunt apud ipſos aliquot diebus, prædicantes eis aſſiduè *Verbum Dei*, inſtruentes in omnibus neceſſarijs ad credendum; docenteſque orationes Chriſtianas; confluente aſſiduè ſummâ aviditate tota multitudine. Interim advenerunt eò *Legati*, miſſi ab alijs adjacentibus Nationibus, inſtantes plurimùm ut & illos inſtructuri accederent, quia etiam inter ipſos verſabatur & prædicabat ſæpenominata *Famula Dei*. Patres igitur videntes ſe non ſufficere tantæ meſſi, percipientes etiam homines illos eſſe voluntarios ad extruendas Eccleſias, ſibique fixas manſiones; reſolverunt ad lo-

locum, ubi nos eramus, ſe conferre; tam ut plures ſibi adſciſcerent cooperatores, quàm ad acquirenda omnia ad fabricas neceſſaria. Antequam igitur itineri ſe committerent, *Pater Salas* totam turbam in unum congregatam ſeriò admonuit, ut durante ipſorum abſentia, quotidiè accederent ad locum, ubi *Crucem* erexerant, uti modò edocti erant, illicque devotas ad *Deum* preces funderent; in omnibus ſuis neceſſitatibus ad *ſanctiſsimam Crucem* refugium haberent, plenè confidentes, *Deum* per illam devotè invocatum, omnibus ſuis neceſſitatibus adfuturum: Ad quæ *ſupremus Capitaneus* reſpondit his verbis: *Pater*, hactenus nihil poſ-

ſumus apud *Deum*, ſumus enim adhuc tanquam cervi & animalia ſylveſtria, vos verò apud *Deum & ſanctam Crucem* plurimùm valetis; ſunt apud nòs multi infirmi, illos ſanate ante veſtrum diſceſſum. Erant autem (*Deo* ita forſan pro majore ſua gloria permittente) ægroti inter illos plurimi. Ab hora itaque tertia pomeridiana, per totam noctem, uſque ad horam decimam ſequentis diei, adduxerunt aſſiduè ſuos infirmos, cœcos, claudos, paralyticos, &c. ad dictos *Patres*, qui ſtantes unus ab uno latere, alter ab altero, per *ſignũ Crucis*, *Lectionẽ Evangelij*, *Loquente Jeſu*, Mar. 16. & duarum *Collectarum*, una in honorem *Beatiſſimæ Virginis Mariæ*,
Con-

Concede nos, &c. & altera *sanctissimi Patris nostri Francisci*, *Deus qui Ecclesiam*, &c. in momento omnes sanos dimittebant. Benedictus Deus qui per manus paupercuculorum servorum suorum tanta miracula operari dignatus est, Ordinemque nostrum sacerrimum tantoperè honorare, ad gloriam suam, suæque sanctæ Ecclesiæ propagationem. Stabant attoniti boni Patres, uti & milites eorum comites, præ tantis prodigijs, *Deum* assiduè laudantes: sed & per hos plura miracula eâdem occasione *Deus* patrare dignatis fuit. Tanta erat copia miraculosè curatorũ, quod præ multitudine numerari non potuerit. Tantamque exinde

po-

populus ille erga *salvificam Crucem* concepit devotionem, ut ſtatim quilibet eam in ſummitate tentorij vel tugurij ſui collocârit, aſſiduamque ſibi omni tempore & loco comitem deinceps habuerit. Sit *Deus* millies benedictus.

Ex dictis apparet, an inutiles, ex ſacerrimo Ordine noſtro, Verbi Dei Miniſtri (hi enim ſoli hactenus in vinea illa laborant & fructificant) de mandato M^tis V. ad illas infidelium partes fuerint deſtinati. Apparet, an otiosè panem ſuum comederint, qui nullis parcentes laboribus, nulla timentes pericula, tantæ converſioni tam proſperum dedêre principium, ut pauco tempore,

pore, in ſpatio ſolùm centum Leucarum, ſupra octoginta millia perſonarum, de facto baptizârint, quinquaginta & ampliùs Eccleſias & Conventus fundârint: *ultra quingentos mille Indos*, in illis & adjacentibus Provincijs, M.ti V. pacificè ſubjecerint, quos omnes ad ſanctam noſtram Catholicam fidem (*Deo* propitio) converſos, aſſiduè per Catecheſin, ad Baptiſmum ſuſcipiendum diſponunt: Apparet tandem, quanta ſit hæc mutatio dexteræ Excelſi, qui tot diaboli mancipia, per humiles ſervos ſuos, ſuavi ſuo ſubdiderit jugo, & per vaſtas illas hactenus inacceſſas Chriſticolis terras, ubi ſolus dæmonum cultus vigebat, modò

ab

ab omnibus dulcissimum Jesu *nomen* devotissimè invocetur, Laus *Dei, & Beatissimæ Virginis Mariæ*, omnibus, locó Salutationis mutuæ, in usu sit. Templa, Monasteria, Cruces, undequaque reperiantur. Sit M^ti^ V. summa consolatio, non dico quod tanti & tam preclari Ei thesauri materiales suppeditentur (hoc enim temporale & accessorium est) sed quod tanta pars, inæstimabilis thesauri meritorũ, Ipsi competat; quandoquidem Regiâ suâ munificentiâ & liberalitate, dicta templa & Monasteria ædificata sint, nobisq́; paupercullis servis suis, necessaria suis temporibus subministrentur. Confido proinde futurum, quod

sicut

icut Zelo & Patrocinio V. M^tis
)ei regnum extenditur & pro-
agatur, ita *Deus*, & in terrenis
uis Regnis IPSI prosperitatem
x pacem, & in cœlesti gloriosis-
imam coronam concedet.

egnum QUIVIRA & AIXAOS.

PRodigiorum & mirabilium
quæ *Deus* per prænominatos
inos Patres, in Nationibus *Xu-
ana*, *Japies*, *Xabatoas*, alijsque ad-
acentibus operabatur, fama et-
am ad Regnum *Quivira* & *Aixaos*
). vel 40. milliaribus inde ver-
ùs Orientem distans, delata est.
)ua permoti incolæ, suos eis
egatos destinârunt, nuncian-
es, quod quandoquidem simi-
s mulier eis prædicabat, & Pa-
tres

tres advocare monebat, etiam ad illos accedere deberent, quatenus & ipſi debitè inſtructi ſacro Baptiſmate imbui poſſent. Promiſerunt *Patres*, ſe ipſis non defuturos, priùs tamen ad noſtrum locum excurrere debere tam pro pluribus cooperatoribus, quàm alijs neceſſarijs acquirendis. Venerunt itaque ad nos, comitantibus recenter miſſis *Legatis*; qui ſæpè ſæpius magnum ſuum ac ſuorum, ad ſuſcipiendum Baptiſma deſiderium cordiali affectu nobis recenſuerunt. Spero noſtros modò in illo Regno verſari, ſanctæque converſioni illius initium dediſſe.

Exer-

Religiosi nostri illis in partibus, ita *Marthæ* obsequiosam vitam instituunt, ut *Mariæ* contemplativam adjungere non negligant. *Martham* imitantur, colendo & seminando terram, fabricando domos & casas; quibus paratis, & collectis tot frugibus, alijsque sustentationi humanæ necessarijs, ut ad aliquot menses sufficere possint, advocant Indos circa illas partes incertis sedibus vagantes; quos posteà simul ibi commorantes instruunt in doctrina Christiana bonisque moribus, docent legere, scribere, cantare; hoc ita promptè addiscunt, quod plu-

res tam brevi tempore illic ha-
beamus inſtructos choros, ſive
concentus muſicos. Docent eos
inſuper terram colere, ſartoriam,
ſutoriam, fabrilem, aliaſque ar-
tes mæchanicas, vitæ civili ne-
ceſſarias, exercere. &c. His & ſi-
milibus ſollicitè intendunt &
invigilant noſtri Religioſi, ut
paulatim incolæ politicè ſeu ci-
viliter inter ſe vivere aſſueſcant
Mariæ partibus etiam non de-
ſunt; licet enim per functiones
ſupra tactas & ſimiles, plurimùm
diſtrahantur, inſuper etiam ad-
miniſtrationi Sacramentorum
infirmorum viſitationi, alijſque
charitatis operibus, multū tem-
poris impendant, (habet enim
quilibet ſibi commiſſa quatuor
vel

vel quinque oppida aut mansiones) claustralis nihilominùs vita non intermittitur; surgunt enim noctu ad matutinũ, horas diurnas, uti & sacrum Conventuale, statutis horis celebrant; jejunia (etiam quod *Benedictionis* vocamus) strictè servãt; uti & omnia alia spiritualia exercitia: habent Conventus suos ita mundos, & politè dispositos, ut Sanctuaria potiùs quàm hominum habitacula esse judices. Hæc & alia taliter *Fratres*, tam apud Indos, quàm Hispanos, commendant, ut tanquam Angelos ipsos habeant & revereantur.

Ista obiter, pluribus omissis, tangere volui, ut M^tas^ V. aliqualem habeat notitiam qualitatis

Capellanorum ſuorum, qui in remotis illis mundi oris, ac principiante Eccleſia, pro IPSIUS ſalute aſſiduas ad *Deum* preces fundunt, alioſque fundere docent & hortantur. Nullus quidem dubito, quin M^tas V. ſanctum illius converſionis opus, tam fæliciter ſuis auſpicijs inchoatum, zelosè proſequetur; monere nihilominùs audebo, IPSAM ad hoc etiam obligari; tam, quia *Sancta Mater Eccleſia* per Bullam *Alexandri* VI. Chriſti Domini noſtri in terris Vicarij, Regna illa ſuæ adjunxit coronæ: quàm intuitu tā ſingularis beneficij *Dei*, quod immenſos illos divitiarum theſauros M^ti V. manifeſtari permiſerit: ad quorum fruitionem
facilè

facilè pertinget, ſi ſolùm operarios illis eruendis neceſſarios & aptos, eò deſtinari mandaverit.

Fr. Alphonſus de Benavides.

Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen ejus in idipſum. Pſal. 33.

QUia verò hujus tantæ messis Operarij ex *Provincia S. Evangelij* successivis temporibus prodierunt, uti videre est in memoriali *Reverendißimi P. F. Joannis de Santandér*, quo initium datur huic Relationi; visum fuit subnectere Epistolam quandam, quam anno 1531. scripsit R.mo P. F. Matthiæ Weinssen, Ordinis Minorum Generali Commissario Cismontano, Admodum *Reverendus P. F. Martinus de Valentia*, primus Mexicanarum Gentium Apostolus, dictæque Provinciæ *sancti Exangelij* secundùm Custos, vir sanctissimæ vitæ, multorumque miraculorum, prout de eo testantur *Thomas Bozius* in libro suo de signis Ecclesiæ, signo 11.

&

& *Thomas à Jesu* in Thesauro Sapientiæ lib. 2. cap. 6. estque tenoris sequentis.

R*Everendißime & dignißime Pater,* Frater Martinus de Valentia, *Custodiæ S. Evangelij Custos, ac cæteri Fratres Ordinis Minorum* Regularis observantiæ, *in Nova nunc Hispania existentes, filij & subditi, Reverendißimæ Paternitatis Vestræ, fidelem ei obedientiam præstamus, ejusq; manus osculamur. Nos quidem in ultimis versamur Orbis partibus, in India, in Asia majori, ubi Christi Evangelium* à filijs primùm vestris *annunciatum est, & in aridis virgultis producere fidem cœpit. Salvatoris enim gratia inebrians torrentes, vino amoris sui, hoc*

 est

est Evangelij Concionatores, in stillicidijs vere horum suorum plantas suas multiplicavit. Ut enim verum dicamus, nec hyperbole utamur, plus quàm decies centum millia Indorum, *à filijs vestris baptizata sunt. Quilibet enim illorum duodecim, præsertim, qui mecum à Reverendißimo Domino Cardinale S. Crucis, & Patre nostro F. Francisco de Angelis, Ministro Generali, missi sunt*, plus quàm centum millia *baptizârunt. Qui quidem omnes præter unum me, Indorum idioma, vel ut veriùs dicam, diversißima eorum idiomata, didicerunt; ijsque & concionantur & mysteria fidei nostræ, innumerabilibus illis gentibus, enarrant. Inter ipsos Indos, Nobiliorum & ditiorum liberi, magnam nobis spiritualis ipsorum salutis spem præbent. Hi enim à Religiosis*

ſis noſtris in vita & ſanctitate morum nutriuntur noſtris in Conventibus: 20. enim jam habemus conſtructos, conſtruunturq́ indies alij, ſingulari in ejuſmodi opera Indorum propenſione. In domibus, quas ipſi juxta Conventus noſtros fabricant, in nonnullis quidem 500. in alijs plures, in alijs non multò pauciores habemus, qui jam ſunt in Chriſtiana doctrina inſtructi. Liberi verò & parentibus privatim concionantur, & publicè è ſuggeſtu, mirabiliter: multiq́ eorum aliorum puerorum Magiſtri ſunt. Cantant quotidie magna cum devotione & ſolemnitate Dominæ noſtræ preces & Miſſam: noctuq́ in templis ſuis, eo modo quo Monachi facere conſueverunt, ad matutinas preces recitandas, ſurgunt. Firmiſſimâ memoriâ pollent, perſpicacibuſq́ ingenijs: ſimplices illi & ſine ulla calliditate:

tate: pacis amantes; neque ulla inter eos unquam contentio est: placidè & demissis oculis loquuntur. Fœminæ honestissimæ sunt, suapteq́ naturâ muliebri pudore conspicuæ. Eorum confessiones, mulierum maximè, incomparabilis puritatis & inauditæ cujusdã perspicuitatis sunt. Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentũ multis lacrymis suscipiũt: Religiosos magni faciunt, Nostros præsertim, quod eò primi venerint, *& Dei gratia, bona morum exempla præstituant. Quare & his privatim, plus quàm cæteris obediunt, & ab his jejunia, cæteraq́ pœnitentiæ exercitia, accipiunt. Proficiunt mirificè in Christiana doctrina, valdeq́ Catholicæ nostræ fidei rebus dediti notantur, easq́ celeriùs quàm Hispanorum filij, apprehendunt, ad gloriam & & honorem Domini Dei nostri, qui benedi-*

nedictus sit in sæcula sæculorum, Amen. Ex nostro Conventu Tlalmanalci *juxta magnam* Mexici *civitatem, ex Custodiā* S. Evangelij, *die 12. Junij, Anni 1531.*

Ex hac Epistola liquidò constat, quales fuerint Fratres hujus novissimæ vineæ cultores: quàm verè etiam dixerim in Pręfatione, quòd Fratres Minores plerumque in conversionibus infidelium (præsertim Indicis) fuerunt, *si non soli; saltem primi*, licet ipso Ordine tacente, forsan ex humilitate, (an laudabili, alij judicent) in notitiam hominum ut plurimùm veniant ultimi. Qualis verò fuerit ille Pater Martinus de Valentia, per compen-

dium

dium haberi poteſt, ex ejus encomijs, quæ Elegiaco carmine deſcripta extant, ſuntque ſequentia:

TE, decus, alma (Valens Martine) Valentia mundos
Miſit adire novos. & ſata ferre Dei.
Mexica, nil valuit, licet auro, atq; ære valeret,
Donec colloquio, docta valere, tuo eſt;
Nil valuit, contrà validum, vis Inda, Valentē,
Fortior aptaſti Barbara colla jugo.
Invalidos, revalere doces: diteſcere, Pauper:
Franciſci loculis iſta moneta valet.
Jam pereat mundus cum nummo, & gloria mundi,
Ut valeat valido tantus in orbe valor.

ALIUD.

QUàm validus valor hic! valet illa Valentia valdè,
Quâ valuit, validans Indica Regna valens.
At quantum valeat, fari num lingua valebit?
Quæ valeat chartis prodere penna decus?

Tinxit

Tinxit aquis Indum, redivivum è funere; longè
Eminùs edixit, Fata futura sua.
Traxit Amore sui, tot millia, totq; phalanges,
Quot Magnes acuum millia nulla potest.
Pacificare potens: Animos componere dulcis:
Conciliare celer: & reparare prius.
Pauperiem vivus tanto conduxerat æstu,
Ut moriens Tumbæ nollet habere locum.
Sed lacer, antiquo conclusus in assere: pompam
Instantem strepitu, terruit esse propè.
Præcavitq; Deus, fieret ne posterus illi
Fastus, & (ut Moysi) membra sepulta tulit.
Occuluit Gazam terræ, disparuit Indis,
Faustior ut Soli, pareat illa Deo.

ALIUD.

VIvebat raptus Christo, confixus amanti,
Vixit in hoc Christus: Non erat hoc, quod erat.
Non erat in terris, de Terra, Terreus: ipse
Mente precans, sursum, nube probabat iter.
Talibus emeruit Magnos virtutibus Orbes.
Mexica quàm fælix Vate Valente vales!

De

De hujus ſancti viri vita, morte, miraculis, fusè ſcribit Pater Marianus in ſuo *Franciſco redivivo*, Chronicorum libro 1. cap. 23. & ſequentibus, illum cupidus Lector conſulat, ſi placet.


Laudate Dominum in Sanctis ejus, Pſal. 150.

FINIS.

ERRATA.

Fol. 59. lin. 14. Religio, lege Regio.
Fol. 69. lin. 19. hæc Nationes, lege hæ Nationes.
Fol. 82. lin. 16. uberet fructus, lege uberes fructus.
Fol. 124. lin. 6. erit hæc imago, lege erat hæc imago.






HT